RAḤMÂN ET AḤMAD.

DISSERTATIO HISTORICO-PHILOSOPHICA

QVAM

CONCESSV

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

LITERARVM ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SVMMOS IN PHILOSOPHIA

HONORES

RITE CONSECVTVS

SCRIPTAM EDIDIT

FRIDERICVS BETHGE

SCHNACKENBVRGENSIS.

BONNAE MDCCCLXXII

TYPIS FRIDERICI KRVEGERI.

PRAECEPTORIBVS AMPLISSIMIS

FAVTORIBVS NOBILISSIMIS

AMICIS CARISSIMIS

HASCE STVDIORVM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLVIT

SCRIPTOR.

INTRODUCTIO.

Oriens est patria[1]) omnium religionum,[2]) quae ad universum hominum genus perquam multum valuerunt et pertinuerunt ad progressus et regressus, intra quos homines sensim per saecula fugacia eo perveniunt, quo humanum genus pervenire Deus optimus maximus voluit. Et Indogermani et Semitae in vastis Asiae regionibus, mentis et cordis inquiete moti, anquisiverunt et investigarunt, quid esset Deus; et hac in quaestione versantes et praediti divina cogitandi et agendi vi, partim Deos sibi fecerunt ipsis simillimos, partim veram et aeternam omnis religionis essentiam cognoverunt et optima principia cognoscendi et agendi pervulgaverunt.

Quae cum ita sint, historia religionum orientis digna est, quae summo studio et maximo amore pervestigetur. Quod his nostris diebus undique fieri vides. Homines argutissimi et doctissimi, multarum linguarum earumque saepe difficillimarum possessores et historiae populorum et religionum peritissimi, orientis vastas et grandes religiones „occidenti“ aperuerunt, apertas exposuerunt. Nolim hoc loco enumerare illorum excellentissimorum virorum nomina, qui hac in re multa tulerunt et fecerunt, sudaverunt et alserunt, ut religiones ipsas et ex eis veritatem universalem cognoscerent et cum optimo quoque communicarent. Id tantum attingere velim, quod revera ex his studiis orientalibus emanavit et emanabit. Quis est quin sciat, quantum emolumentum, quanta plenitudo scientiae veri melius meliusque cognoscendi vel hodie inde hausta sit? Ac primum quidem studium re-

1) Ex „Oriente“ lux.

2) Lotze Mikrokosmus, Bd. 3, p. 329.

ligionum orientalium valde adiuvat philosophiam, ut recte possit respondere ad quaestiones, quas omnis cogitans homo in medium profert.[1] Talis philosophia, quae gnara magnarum religionis revolutionum et ortuum, vera est philosophia, coelestis et divina ars, homines ducens ad Deum et sapientiam. Neque de hac philosophia eius, qui systema philosophicum multis religionum studiis et diurnis nocturnisque mentis et animi laboribus perfecerit, potest dici quod Sprenger suo iure de Pseudo-Philosophia dixit, sie sei eine Kunst, ohne Erröthen Unsinn zu sagen.

Deinde multum hoc studium pertinet ad theologiam, quo in iudicio mihi libenter assentieris, si paulum systemata multorum theologorum perspexeris. Si semper accurate ideas omnium religionum et essentias theologi perscrutati essent, multae res, de quibus adhuc sub iudice lis est, iam pridem diiudicatae essent. Sperare nobis posse videmur, tempus venturum esse, quo philosophi et theologi religionum ortus et essentiam inter se comparantes meliores et simpliciores doctrinas de religione absoluta proferent. Quod cum appetendum sit, debemus subtiliter accurateque omnia afferre, quae ad has quaestiones illustrandas et pervulgandas adiuvare possunt.

Inter omnes autem religiones, quae oculos et ingenium hominis docti ad se attrahere et allicere possint, imprimis Muḥamedanismus est laudandus. Haec religio iamiam duodecim fere saecula mansit intacta, quamvis multae procellae eam turbarent et deleturae viderentur;[2] atque vel hodie centena milia hominum Moḥammadis fidem confitentur et hac fide quietem pacemque mentis cordisque inquieti, donec requiescat in Deo,[3] invenisse

---

1) Jürgen Bona Meyer: Philosophische Zeitfragen, p. 9: Die Philosophie erkennt als ihre doppelte Aufgabe eine Beantwortung der Fragen: was wissen wir vom Wesen des Menschen und was wissen wir vom Zusammenhang des Weltalls.

2) Alfred v. Kremer: Geschichte der herrschenden Ideen des Islam.

3) Augustinus, Confess. I, 1.

et habere sibi videntur.[1]) Si immensus numerus fidelium huius fidei professorum in omnibus terris viventium atque quod fere omnes commercii coniunctiones et foedera belli pacisque cum populis occidentis eisque christianis inierunt, nos potest movere, ut eorum vitam eiusque nervum et vim, religionem, cognoscamus: hoc eo magis summo studio et diligentia nos facere oportet, quod Muhammedanismus mirabilis est mixtura ex diversis religionibus et se grandissimam contra christianam doctrinam oppositionem praebet.

Quicunque autem religionem intelligere vult, nècesse est cognoscat, per quem et quomodo sensim emerserit in lucem et se formaverit. Necesse est, si Muhammedanismum recte intelligere vis, intelligas Muhammadem, qui sit; quomodo sensim eo venerit, ut novam religionem ab omnibus aliis dissentientem et consentientem conderet; quos progressus quosque regressus et quare progressus et quare regressus fecerit, undique illustres.

Hanc rem difficillimam esse, facile intelligas. Recte Rénan [2]) et hoc:[3]) Toutes les origines sont obscures; les origines religieuses encore plus que les autres, et illud:[4]) C'est l'œuvre de la science, œuvre infiniment délicate et souvent périlleuse, de deviner le primitif par les faibles traces, qu'il a laissées de lui-même.“ Sed quamvis obscurae sint origines et ut eruantur summum ingenii laborem postulent, tamen historia omnino non est muta et sine voce.[5]) In quovis loco cara Dei providentia nobis opera servavit et reliquit vestigia, quibus adiutoribus nos ad profundam religionis, quae agitur, notitiam pervenire possimus.

Sane Rénan id quod homines docti in pervestigando

1) Sprenger, l. a. Praef. p I.

2) Études d'histoire religieuse. Par Ernest Rénan. Paris 1857. Mahomet et les Origines de l'islamisme.

3) Page 217.

4) Page 219.

5) Page 219.

Muhammedanismo assecuti sunt, pluris aestimat quam nos. Sed hic Francogallus elegantius et verbosius quam verius scripsit:[1]) La naissance de l'islamisme est sous ce rapport un fait unique et véritablement inappréciable. L'islamisme a été la dernière création religieuse de l'humanité et à beaucoup d'égards la moins originale. Au lieu de ce mystère sous lequel les autres religions enveloppent leur berceau, celle-ci naît en pleine histoire; ses racines sont à fleur de sol. La vie de son fondateur nous est aussi bien connue que celle des réformateurs du XVIe siècle. Nous pouvons suivre année par année les fluctuations de sa pensée, ses contradictions, ses faiblaisses. Ailleurs les origines réligieuses se perdent dans le rêve; le travail de la critique la plus deliée suffit à peine pour discerner le réel sous les apparences trompeuses du mythe et de la légende. L'islamisme, au contraire, apparaissant au milieu d'une réflexion très-avancée, manque absolument de surnaturel. Mahomet, Omar, Ali ne sont ni des voyants, ni des illuminés, ni des thaumaturges. Chacun d'eux sait très-bien ce qu'il fait; chacun s'offre à l'analyse à nu et avec toutes les faiblesses de l'humanité. Grâce aux excellents travaux de MM. Weil et Caussin de Perceval, on peut dire, que le problème des origines de l'islamisme est arrivé de nos jours à une solution à peu près complète.“ Quantum aliter atque hic iudicavit noster Ullmann, homo sapientissimus![2]) Accidisse mihi videtur professori Rénan, quod vitium principale hominis docti vocemus: eloquentia victoriam de mente et veritate reportavit. Rénan illud scripsit anno 1857, cum pauca eximia opera de Muhammedanismo edita essent. Quid hodie dicet, cum mirabiles et grandes hac in re pro-

1) Rénan, l. a. p. 220 ff.

2) Thelogische Studien und Kritiken. Jahrgang 1841, S. 222. Uns erscheint das Gute mit dem Schlimmen in ihm so seltsam gemischt, dass es für den Historiker wohl immer ein psychologisches Problem bleiben wird, ein reines und klares Bild des Propheten zu entwerfen.

gressus sint facti per homines argutissimos et doctissimos, quo in numero imprimis nomino Noeldeke,[1]) Muir,[2]) Sprenger.

Sed tamen, quamvis horum virorum merita nunquam satis magni possint aestimari, tamen quisquis profunde origines Muhammedanismi pervestigaverit, libenter concedet, etiam multa caligine et umbra obruta esse et homines doctos suo iure adhuc de rebus gravissimis inter se dissentire. Huc pertinet imprimis illa quaestio, unde id Muhammad acceperit, quod docuit. Cum Sprenger gravissimis argumentis et indiciis fontium numerosorum adductus id statuere posse sibi videatur, Moḥammadem fere omnia a Christianis accepisse; Noeldeke contra id intendit, ut demonstret, ab Judaeis tantum prophetam Arabum edoctum esse. Muir denique neque Noeldekii neque Sprengeri tuetur partes, sed in suas abiit vias. Vides iam hinc, universa et singula denuo adiuvantibus Muiro et Sprengero pervestiganda esse et explorandos fontes Arabicos, libros Judaeorum et Christianorum, doctrinas sectarum multarum eruendas.

Hoc cum saepius saepiusque in animo reputarem, consilium cepi, ut libris arabicis, christianis, iudaicis huc spectantibus perlectis, quaestionem illustrarem, quid Moḥammad a Christianis et christiana doctrina accepisset et ad suam doctrinam adhibuisset. Hac in quaestione versans alia quaestione inde emanans mihi orta est et animi et ingenii vires valde occupavit. Pars est minor illius magnae quaestionis haec quaestio, sed gravissima atque eo maioris est momenti, quod inde apparet, qualis Muhammadis ratio et via vitae fuerit, cur eius doctrina et religio talem habuerint exitum et formam acceperint, qualem Christiani et qui absolutam veritatem diligant, maxime querantur et lugeant.

---

1) Das Leben Muhammeds. Einleitung in den Qorân.

2) The life of Mahomet and history of Islam, to the Era of the Hegira. By William Muir.

Proposui enim mihi, ut scriberem de „Raḥmân et Aḥmad.“ Quicunque novis, imprimis Sprengeri, operibus operam navavit, intelliget, hanc quaestionem, qua continentur quaestiones: unde Moḥammad vocem „Raḥmân acceperit, quid de „Raḥmân“ et, quem hunc intellexisse mihi videtur, Jesu Christo docuerit; cur spiritus sanctus, qui Corani prioribus fragmentis et sententiis persona divina describitur, factus sit angelus Gabriel, cur Moḥammad posteriore tempore nomen „Aḥmad“ sive „Moḥammad“ sibi tribuerit: maximo studio dignam esse; cum, si hae quaestiones quaeque ad has pertinent religiose et diligenter cognitae sunt, interiores Moḥammadis progressus et regressus clare distincteque intelligi possint. Quod si hoc, adhuc occultum, detectum et expositum erit, facilius iudicium feres, quid Muhammadanismus religiosarum idearum in se habeat quidque careat, quae ratio Christianitati intercedat cum Islamismo.

CAPITULUM I.

Ac priusquam mediam in rem huius tractationis ineamus, necesse est, exponamus, qui status fuerit Christianorum in Arabia et quid Christianitas pertinuerit ad Arabes.

Ac primum quidem explicemus, qualis fuerit exterior status, propagatio christiana ecclesiae ante Moḥammadem.

Iam primo saeculo p. C. n. Arabes per apostolum Jesu Christi edoctos esse, fama tradidit. Sed is non multum ad eos valuisse potest. In universum enim Arabes ad doctrinam christianam confitendam non aeque sunt parati atque ceterae nationes. Magnae difficultates obstabant evangelio praedicando et praedicantibus, cum Arabes vagabundi nunc hic, nunc illic morarentur et ingenium eorum multis in rebus ab austeris Christi doctrinis abhorreret.[1]) Erant naturae filii, legibus naturae et cu-

1) Muir, Volume I, Chapt. I, CCXXXVI: The vagrant habits of the Nomads themselves eluded the stedfast importunity of Missionary

piditatibus libidinibusque parentes, cupidissimi ultionis et libidinosi. Attamen cum Christianitas ad omnes populos data sit neque populi neque aetatum neque generis neque morum differentias ut parietem intergerivum noverit, etiam in Arabia sensim per campos vastos et deserta pervulgabatur: qua in nuntianda maximum laborem et assiduitatem ponebant Christiani ascetae et monachi undique et ubique vagantes. Exemplo est terra Nagrân, quae sita inter Ḥiġâz et Yaman per pium ascetam, cuius nomen Faimijum fuisse fama Arabum tradidit, conversa est ad Christianitatem.[1]) Porro testis est, monachos multum ad Christianitatem tota Arabia propagandam valuisse, multitudo carminum poetarum arabicarum e saeculis a. M.[2]) Sic sensim per saecula doctrina christiana per totam Arabiam divulgata est et hic ecclesiae constituebantur, illic singuli Christiani alliciebantur. Plurimae ecclesiae erant in finibus Nagranitarum, in imperio Ḥiraico et Ghassanico.[3]) Sed ut accuratius hoc exponamus, singulas Arabiae

endeavour; while their haughty temper and revengeful code equally refused submission to the humble and forgiving precepts of Christian morality.“ ff.

1) Hic deum implorasse dicitur, ut palmam destrueret, quam Nagranitae colebant. Huc enim quotannis populus conveniebant, atque vestimenta pulcherrima et pretiosissima ornamenta palmae servis dabant. Quod cum denuo fieret, Faimijun praesente et orante orta est procella et palmam evulsit. Quo facto populus credidit.

2) Confer A. v. Kremer, l. a, p. 53. Die einsame Lampe, die Zelle des Klausners sind Lieblingsbilder altarabischer Dichter. So singt Imra' alḳais:

Sie leuchtet in der Nacht, als ob sie sei
Die abendliche Lampe des Klausners in der Siedelei.
(Rückert, Amrilkais, der König und Dichter S. 2.)

Und weiter:

Hast Du den Blitz gesehen? O sahst Du, Freund, den Glanz
Gleich einem Händewinken im dunklen Wolkenkranz?
War's dort der Leuchtung Zucken? War's in des Klausners Zell
Die Lampe, deren Docht er getränkt mit frischem Quell?

3) Confer Rénan, l. a. p. 274.

partes consideremus.[1] In oriente et septentrione praevalebant Christiani. Sed quominus in septentrionali regione latius Christianitas emanaret, impediebant Judaei, semper et ubique inimicissimos se praebentes doctrinae christianae. Regio septentrionalis praeterea, quod diu campus belli Persis et Romanis erat, non multum favebat religioni pacis. Cum hic in finibus Syricis modo imperatores Chosroitici et Byzantini, modo reges Ḥirae et Ghassanidarum proelio concurrerent, multum aberat, ut doctrina christiana quieto modo crescere et divulgari posset. Aegypti et Syriae Christiani non multum valere poterant, quod eorum imperium timebatur et Arabes imperium reiicientes inde doctrinas non facile accipiebant. Et si quid fuit momenti in his romani imperii regnis, per regnum Persarum sublatum est. Etiamsi per breve tempus imperium Byzantinum ad septentrionalem regionem aliquid valuerit, tamen nunquam ad Arabiam interiorem. Sane regnum Ghassanicum christianam doctrinam amplexum erat, sed non multum efficere poterat, cum et exiguum esset et pars regni Hirae, quod plurimum ad Arabiam interiorem valebat. Qualis autem fuit status regni Ḥirae? Sane haec quoque terra, quae attingebat Persiam, christiana erat, et quod reges Ḥirae Christiani facti erant, multae quoque gentes, quae eius imperio voluntarii aut coacti parebant, Christianitatem amplectebantur aut non impediebant quidem evangelii praedicationem. Sed cum Ḥirae regnum sub imperium Persiae redactum esset et ipsum a Persico Satrape administaretur, propagationi Christianitatis omni modo impedimenta obstabant. Ipse Satrapes aperte machinabatur interitum Christianis et ei coniunctiones et vinculo erant intima cum Arabibus paganis.

Idem accidit in regione ad meridiem et occidentem spectante. Judaei et Pagani, quibus satrapes Persarum

1) Confer Muir. Volume ICCXXXVI fff: quem hac in re exponenda sequor.

favebat, florebant; Christiani nihil valebant. Aethiopes, qui per Aedesium et Frumentium ad doctrinam christianam conversi erant, multum valere potuissent, nisi et mare rubrum ipsos ab Arabibus separasset et nisi fuissent Nigritae. Tamen multa nobis afferuntur, quibus apparet, nonnullis in regionibus vim et auctoritatem aethiopicam non parvam fuisse. Diu praefectus Yamanae fuit Aethiops. Nam cum reges Yemanitici summam in Christianos (Nagranos) severitatem exercerent, ab Nagranis, Abessyniis adiutoribus, expulsi sunt. Hoc factum est circa quadraginta annos ante M. n. Sanaae, capite Arabiae meridionalis, ecclesia magna et opulenta est exstructa. Quae cum deleretur incendio aut sordibus afficeretur per Meccanum, Abraha, praefectus Yamanae, Meccam magno exercitu profectus est — sed mirabili modo cum exercitu interisse dicitur.

Hic erat status Christianitatis in Arabia, quem Muir nimis parvi aestimat, cum statuat, spem propagationis doctrinae christianae Muhammadis tempore nullam fuisse.[1]) Sed ex altera parte Sprenger hunc statum nimis magni aestimat, cum contendat, christianitatem per totam Arabiam permanasse et omnes fere maiores gentes et tribus eam confessas esse.[2]) Sane hoc quoque in medium proferre debemus, quod Sprengeri sententiam paullulum iustificat: Si enim ipsa christianitas non pervenerit ad omnes tribus, tamen quaestiones christianae ad omnes divulgabantur, ut animi varie moverentur. Tota in Arabia novae

1) Muir, Volume I, CCXXXVIII: „Thus the Star of Christianity was not in the ascendant: nay, in some respect it was declining. There was no hope of a change from the aid of political supremacy; and, apart from such aid, the presence of an influential Judaism, and almost universal submission to the national idolatry, rendered the conversion of Arabia a doubtful and a distant prospect. During the youth of Mahomet, the aspect of the Peninsula was strongly conservative; perhaps it was never at any period more hopeless."

2) Sprenger, Journ. As. Soc. Beng. XXV. pl, 355: All the most powerful tribes of Arabia had embraced christianity.

erant doctrinae; plurimorum animos commovebat quaestio: quid esset veritas, et hac commoti multas saepe terras permeabant. Undique adveniebant Judaei et Christiani; undique novae doctrinae afferebantur; fiebat, ut simplex Arabum superstitio sensim evaderet, profundiores religionem Abrahami quaererent,[1]) leviores ex indifferentissimo unicuique Deo honores praeberent aut nulli. In Caaba fere omnes Dei colebantur et ipse Jesus Christus.[2]) Num erat hic status „hopeless?“ Antiqua paganorum religio ruere coeperat: quid novi eo in loco poni poterat? Hoc quaerentes iamiam ad secundam huius capituli quaestionem transimus, qui fuerit status christianorum morum et doctrinae saeculo quinto et sexto p. C. n. Status interior Christianorum erat miserrimus et deterrimus. Quod omnis vis ponebatur in doctrina, prior vita austera et mora maximam in partem desierat et mores corrupti facti erant et depravati.

Una sancta ecclesia divisa erat in innumerabiles fere sectas et ecclesiolas, atque, quod maxime dolendum est, hae persequebantur et ipsae ab asseclis orthodoxae ecclesiae, quae per ludibrium „imperatoria“ (maliky)[3]) nominabatur, premebantur et opprimebantur. Postquam magnis discriminibus et certaminibus in regno Byzantino ecclesia orthodoxa superior discessit, sectae usque ad fines regni et ultra se receperunt, cum adversarii religiosi

1) On vit une foule d'hommes mécontents de l'ancien culte se mettre en voyage pour aller à la recherche de la meilleure religion, essayer tour à tour les différents cultes existants, et en désespoir de cause se créer une réligion individuelle en harmonie avec leurs besoins moraux, Confer Spr. Bd. I, p. 13—91.

2) Rénan: l. a. p. 275: La Caaba devint le panthéon de tous les cultes; quand Mahomet chassa les images de la maison sainte, au nombre des dieux expulsés était une vierge byzantine peinte sur une colonne, téntant son fils entre ses bras!

3) Sprenger. Bd. I, p. 39, „Sie heissen orthodoxe Sekte die „kaiserliche.“ Juden und auch Christen, welche den Beschlüssen der Concilien nicht unbedingt beipflichteten, hatten von der Regierung nicht viel Gunst zu erwarten.“.

ardore persequendi incitarentur. Quare imprimis in Aegypto, Aethiopia, Arabia, Syria, Palaestina, Persia sectae receptaculum quaerentes assequebantur.

Quales autem fuerunt doctrinae, quae tunc animos amore et odio varie afficerent? Una tantum doctrina omnium animos movebat, una Christianos coniungebat et separabat; una questio adeo ab omnibus tractabatur, ut Byzantii in foro piscario vel quae pisces ventitabant feminae crines sibi inter se evulsisse dicantur, cum de „hac una" dissentirent. Quaestio erat, quis et qui esset Jesus Christus. Persona Jesu Christi erat cardo, in quo omnes docti et omnia movebantur. Respice diversissimas sectas, omnes hinc ortae sunt, omnes huc spectant. Atramentum et pergamentum deficiant, si exponere velim, quae singularum harum sectarum fuerint doctrinae. Laudo igitur historias ecclesiae Hasii et Hassii et quae multis in paginis Sprenger de hac re explicuit. [1])

Ceterae christianae doctrinae, quae posterioribus aetatibus et hodie maximi sunt momenti, tum parvi aestimabantur, doctrinae „de redemtione" fere ne mentio quidem fit; quare Ritschl, qui nuperrime de hac materia argutissime disseruit, contendere potest, hanc quaestionem in antiqua ecclesia non exstitisse. [2]) Constat praeceptores christianos nobilissimos potuisse negare necessitatem apparitionis Jesu Christi, eius vitae et mortis. [3])

Et quoniam multitudinem sectarum et diversitatem

1) Sprenger, Bd. I. p. 16—43.

2) Ritschl: Die christliche Lehre von der Rechtfertigung und Versöhnung. Bonn 1870.

3) Hinc iam hic intelligas, quantopere inania sint verba Noeldekii: Man betrachte alles Christliche, das in dem Koran steht mit Aufmerksamkeit und frage sich dann, ob Muhammed eine so gänzliche Unbekanntschaft desselben verrathen könnte, wenn er nur während eines Jahres mit dem allerunwissendsten Mönche Syriens häufiger religiöse Gespräche geführt hätte. Um nur Einiges anzuführen: Wie hätte ihm dann die überall als Grunddogma betrachtete Lehre von der Versöhnung unbekannt bleiben können? (Zeitschr. d. D. M. G.

doctrinarum commemoravimus, nunc tertium restat, ut quaeramus, unde tandem Christiani notitiam christianam hauserint, fuerintne in manibus omnium fontes christianae religionis, biblia? Sed ne in latiorem campum vagemur, distinctius anquiramus utrum in Arabia bibliae fuisse videantur necne. Priusquam hoc exponamus, illud breissime praeiiciamus quod nobis in mentem venit de scriptura Arabum.[1] Systema litterarum, quo etiam nunc utuntur Arabes exceptis quibusdam parvis commutationibus, videtur inventum esse Meccae, aut eo allatum tempore Abdel-Mottalib. Id appellatur „Djazm.“ [2]) Praeterea quod Arabes commercia multa habebant cum Christianis et Judaeis maximam in partem in Syria habitantibus hic et ille hebraïcas et syriacas litteras scribere et legere discebat. Exemplo est Waraḳa qui litteris Hebraeorum usus esse dicitur.[3] Idem de compluribus Arabibus nobis traditum est.[4] Sane universa plebs ab hac arte abhorrebat, singuli tantum docti eique qui haberent commercii coniunctiones cum Syriae incolis huius artis gnari erant. Artem scribendi notam fuisse, apparet etiam e variis fragmentis et libris, quae ex illo tempore servata viden-

XII, 700.) Quod nusquam doctrina de satisfactione et redemtione, de necessitate cruentae poenae, quam Jesus Christus subiit, existebat, Moḥammad quoque de hac re non disseruit, quamvis paullulum, ut videbimus, notaverit. Cum cardinalis christianitatis tunc quaestio, nempe de Jesu persona, in Korâno quoque multum tractetur, fidum speculum illorum temporum in universali potest nominari.

1) Confer: Essai sur l'histoire des Arabes, par Caussain de Perceval. Paris 1847. Tome premier, p. 29 ff.

2) Sprenger Bd. 1, p. 130: Wenn auch die arabische Schrift zur Zeit des M. ziemlich neu war, so war es doch nichts Neues, die arabische Sprache zu schreiben.

3) Bochâry, p. 3.

4) Rénan, Histoire des lang. Sem. Bd. I, p. 326. Hic legimus, non solum Judaeos, sed etiam christianas arabicas gentes ut Ghassân et Jyâd, quod in finibus Syriacis habitabant, hebraïce legisse: quod intelligimus, eos usos esse alphabeto hebraïco.

tur esse. Sprenger multa eiusmodi attulit, quae quidem a Noeldekio reprobantur.[1]) Translationes bibliae arabicae complures hodie existunt,[2]) ex quibus quaedam partes antiquis temporibus ortae esse videantur. Hoc etiam demonstratur eo quod Eusebius tradidit de Pantaeno, ecclessiae praeceptore alexandrino, qui vivebat medio secundo saeculo aut paulum post. Hic venisse dicitur in Indiam, quam plurimi intelligunt Arabiam meridionalem et ibi invenisse evangelium Matthaei, ibi relictum ab apostolo Bartholomaeo, idque Ἑβραίων γράμμασι. Veresimile est, hoc evangelium in linguam arabicam translatum esse et ad hoc alphabetum hebraïcum usurpatum. Porro in medium proferendum est, quod Ibn Jsḥaḳ p. 150 ex antiqua translatione evangelii Johannis cap. 15, 23 - 27 et 16, laudat; haec translatio non scripta est in pura lingua arabica, qualis est ex Corano composito, sed adscribenda est „dem vorislâmitischen arabisch-christlichen Schriftthume.“[3]) Quae cum ita sint, haud dubie statuere possumus, Christianos arabicos, usurpantes litteras hebraïcas et dialectum paullulum ab aliis dissentientem, bibliae totius et quorundam inde librorum translationes possedisse.[4]) Lingua erat arabica, littera hebraïca aut syriaca. Repugnamus igitur iudicio Noeldekii, quod longe aliter sonat.[5]) Sane etiam hoc addimus, totas bib-

1) Noeldeke, Einl. in den Qorân p. 7: Was Spr. noch hie und da über angeblich vorislâmische arabische Schriften sagt (vgl. Journal as of soc. Beng. XXX, 146, 376 ff.) lässt sich durch nichts beweisen.

2) Bleek, Einleit. in das N. T. p. 740.

3) Sprenger, l. a. Bd. I, p. 131.

4) Sprenger, Bd. I, p. 132: Wir lesen in der Geschichte der moslimischen Eroberungen, dass Châlid bei der Einnahme der arabischen Stadt Ḥyra eine Anzahl junger Leute fand, die sich dem geistlichen Stande gewidmet hatten und damit beschäftigt waren, das Evangelium zu vervielfältigen.

5) Noeldeke. Es ist überhaupt zweifelhaft, ob die Araber damals irgend eine Bibel in ihrer Sprache besessen haben, denn die arabischen Christen waren gewiss zum grössten Theil recht oberflächlich

lias tam raras fuisse fere ut corvos albos. Praeceptores ecclesiae excellentissimi, bibliothecae amplissimae tantum interdum huius thesauri possessores erant.[1]) Si usus bibliae crebior fuisset, tanta ignorantia Christianorum, cum omnium terrarum tum Arabiae, exponi non posset. Hinc sequitur, ut Moḥammad quoque per se bibliam in manibus habere non potuerit;[2]) et haec animadversio confirmatur ignorantia Mohammadis in narrationibus biblicis; contra fieri potuit, ut legeret hunc et illum versum, hoc et illud capitulum abbreviatum et mutilatum. At quamvis igitur Moḥammad sacrâ scriptura non cognosceret, quid esset essentia christianitatis, tamen hoc scire potuit, cum cognosceret multarum terrarum Christianos, servos ignaros, haereticos et orthodoxos, qui libenter evangelium et proprias doctrinas communicabant. Et iamiam ad hoc accuratius exponendum, transeamus!

CAPITULUM II.

Consuetudo Moḥammadis cum Christianis.

Hac in re valde dissentio a Noeldekio, qui fere negat, Moḥammadem consuetudinem cum Christianis habuisse. Noeldekii verba sunt haec:[3]) Viel geringer ist der Einfluss des Christenthum auf den Qorân. Eine genaue Untersuchung über das offenbar Jüdische und Christliche

---

bekehrt. Wenn es überhaupt höchst zweifelhaft ist, dass es vor dem Qorân ein arabisches Buch gegeben hat, so gilt dies besonders von der Bibel. l. a p. 7.

1) Admoneo, qualis fuerit hac in re status in Germania ante reformationem ecclesiae. Et vel post centum annos permulti pagi et vici, ubi Protestantes habitabant, biblia carebant.

2) Muir: It is doubtful whether any Arabic translation of the Scriptures, or any part of them, was ever within Mahomet's reach, notwithstanding the traditions regarding Waraca. If there was such a translation, it must have been imperfect and fragmentary.

3) Noeldeke: Zeitschrift der D. M. G. XII, 699 ff

in demselben wird zu der Ueberzeugung führen, dass auch solche Hauptsätze, welche beiden alten Religionen gemeinschaftlich sind, wie die Grundlehre des Islams, dem Muhammed durch Juden mitgetheilt worden sind.[1] .... Ich hingegen kann durchaus keinen starken christlichen Einfluss auf den Propheten annehmen. Was Muhammed vom Christenthum wusste, das hatte er theils aus eigener Anschauung in Syrien, dessen Sprache ihm aber fremd war, theils aus den nothdürftigen Erinnerungen der arabischen Christen, theils durch jüdische Vermittlung .... Und so lässt sich noch Vieles anführen, das seinen Umgang mit einem wirklichen Christen zur Zeit da er seine Lehre noch bildete, d. h. vor der Flucht zur reinen Unmöglichkeit stempelt. Hoc iudicium posteris paginis ad nihilum redactum iri speramus.

Ac primum quidem Muḥammed sane cum Christianis consuetudinem habebat, qui fere nihil de doctrina christiana audivissent, aut nihil in mente retinuissent, quo in numero sunt servi Meccani, qui maximam in partem a pueritia e patria et a complexu parentum divulsi omnino ignari erant Christianitatis.[2] Notitiam christianam multorum minimam fuisse, inde apparet, quod statim partes Muḥammadis, quamvis valde a Christianitate discederet, secuti sunt: ad quos idem pertinet quod ʿAli dixit de Taġlibitis: „Taġlibitae non sunt Christiani, unde nihil didicerunt, nisi vinum bibere.“ Huc etiam refero multos monachos, qui nihil nisi caerimonias vanas exercere solebant, aut formulas recitare obscuras.

---

1) Alio loco exponam illud: „Lâ ilâh illa'allâh, Muḥammad rasûl-Allâh“ nihil aliud esse nisi circumscriptionem verborum Jesu: Joh. 17, 3: Haec est autem vita aeterna; ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.“

2) Noeldeke: „Alle diese Männer werden als Sklaven, Freigelassene oder Handwerker genannt. Jedenfalls haben wir in ihnen Leute zu suchen, die nur eine ganz schwache Ahnung vom Christenthum hatten, dass sie zwischen dem Muhammedanismus und Christenthum gar keinen Unterschied fanden.“

Sed Moḥammad non solum cum servis et monachis Christianitatis ignaris consuevit, sed etiam cum Christianis eisque haereticis, qui cum se opponerent ecclesiae orthodoxae paullulum melius et profundius doctrinam christianam intellexerant, quam illi. Huc referendi sunt nonnulli monachi, quorum nomina fama nobis servavit, Christiani Meccae et in Arabia habitantes, Aethiopes. Imprimis Baḥyrâ monachus nominandus est, quocum Moḥammad iuvenis Busrae convenit. Non possumus assentiri sententiae Sprengeri, Baḥyram secutum esse Moḥammadem Meccam ibiquo cum eo omnes christianas doctrinas communicasse. Rectius iudicasse videtur Noeldeke. Animus Muhammadis valde per hunc commotus est et ingenium incitatum, ut doctrinam Christianam, de qua multum Baḥyrâ narravarat, amplius indagaret. Idem valuit ad Muḥammadem Koss, episcopus Jyâditarum aut iudex (Ḥâkim) et arbiter Arabum, quem Muḥammad Okâtzii praedicantem audivisse et mirum quantum admiratus esse dicitur [1]) Meccae autem vivebat Christianus,[2]) ad quem S. 16,105 alluditur, qui non satis bene Arabice loquebatur quique intimam consuetudinem cum Muḥammade habebat; Noeldeke opinatur hunc cum Muḥammade nonnullas christianas fabulas exiguas, fortasse de Johanne communicasse. Sed mera haec est coniectura. Necesse est, hunc saepissime cum Muhammade convenisse et multa narrasse: quod nisi ita esset, adversarii Muhammadis aut nihil de hac re animadvertissent aut nunquam talia contendere potuissent, ut legimus S. 16,105.

Sed nolim pergere enumerare hos omnes haereticos, cum in libris Sprengeri, Muiri, Gerockii [3]) hoc iam satis superque expositum sit; id tantum hic animadverto, multos, quorum consuetudine Muḥammad utebatur, Nazaraeos fuisse.

1) Confer Sprenger, Bd. I, p. 44 et 103—107.

2) Nomen eius erat „Djabr.“ Confer Rénan p. 379.

3) C. F. Gerock: Versuch einer Darstellung der Christologie des Koran. Hamburg und Gotha 1839.

Properamus nunc tertium ad illam huius capituli quaestionem, cuius momentum adhuc non satis magni aestimatum est neque investigatum, utrum Muḥammad etiam cum orthodoxis convenerit, necne. Nobis persuasum est, Muḥammadem multum cum Christianis orthodoxis convenisse eisque, qui orthodoxae fidei notitiam haberent.

Hic imprimis Waraḳae[1]) fit mentio.[2]) Ibn Isḥâk nobis tradidit, Waraḳam cum quattuor aliis Arabibus veritatem quaerentem terras permeasse, legisse libros sacros christianos et hebraïcos, denique conversum esse ad Christianitatem. Initio hic, cum Muḥammad religionem Abrahami, fidem in unum Deum sequeretur, adhortabatur, ut in inita via pergeret. Postea Waraḳa per Christianos *orthodoxos*, qui Meccam venerant, baptismum accepit et Christianus mortuus est. Quid? Cum domus uxoris Muḥammadis domum Waraḳae attingeret, nonne veresimile est, Muḥammadem aliquid de orthodoxa fide audivisse? Per unum totum fere annum Muḥammad mihi videtur orthodoxam Waraḳae fidem secutus esse. Quod cum scriptores Moslemitici negare non possent, rem apte longe aliter composuerunt.[3])

Praeterea, cum commercium valde floreret, saepissime mercatores, qui syriacae et arabicae linguae periti erant quique, cum vel Byzantio venirent, socii erant orthodoxae ecclesiae, Meccam venerunt, a quibus Muḥammad, cum et multa de doctrina christiana audire cuperet et ut arbiter electus multa undique audire posset, omnia experiendi bonam occasionem non praetermisit.

---

1) Confer Sprenger, Bd. I, p. 124 ff.

2) Noeldekius, qui vult, Waraḳam Judaeum esse, caussis philologicis et historicis a Fleischero et Sprengero est reprobatus. Confer D. M. G. XII, 710 ff, XIII, 690 ff.

3) Sprenger, Bd. I, p. 126: dass Waraḳa als Christ starb, ist eine Thatsache, die von keiner Tradition wiedersprochen wird. Dies gereichte dem Mohamed nicht zur Ehre, und so hat er ihn heilig gesprochen, als hätte er ihn im Stillen anerkannt.

Denique maximi est momenti fuga sociorum Muhammadis in Abessyniam. Quum enim asseclae eius valde premerentur et multis vel mortis periculum adesse videretur, emigraverunt. Ibn Sayyid alnâs [1]) hoc tradidit: Duae sunt emigrationes in Abessyniam; ac primum fugerunt duodecim viri et duae feminae, qui nuntio allato paganos Meccanos, cum Muhammad Suram 53 praelegisset, genua prostravisse, Meccam redierunt, ubi multo gravius et atrocius premebantur, quam prius. Fugerunt igitur iterum et cum eis Mecca profecti sunt octoginta tres viri et duodeviginti feminae. „Sed non semel hi emigrantes Meccam redisse videntur, sed verisimile est, magnum eos commercium et consuetudinem cum Meccanis habuisse et intra annos quinque, 617—622, nonnullos saepius Meccam petiisse. [2]) Sed quid hoc Muḥammadi attulit notitiae orthodoxae doctrinae? Fugitivi a rege Abessyniorum optime sunt excepti, et cum venissent legati a Korayschitis missi, ut eos tradendos postularent, rex hoc recusavit. Naǵǵâschy eos sic allocutus esse dicitur: Obsecro vos per Deum, qui Christo evangelium aperuit! Dicite: Invenistisne inter salvatorem et diem resurrectionis prophetam, qui nuntium humanitati afferre debeat? Responderunt: „Res ita se habet. Jesus eum indicavit et hoc addidit: Qui in eum credit, in me credit, et qui eum negat, me negat.“ Et cum rex quaereret, quid Muḥammad de Jesu Christo doceret, dixerunt: „Docet de eo verbum Dei, eum spiritum Dei esse et eius verbum et per Deum a virgine Maria productum esse, quam vir non tetigisset.“ Tum Ga'far Suram undevicesimam legit. Tum Naǵǵâschy demens de terra particulam ligni dixit: „O sacerdotes et monachi, differentia inter id, quod ille et vos docetis, non maior est, quam haec particula.“ Tum se vertens ad fugitivos, perrexit: „Valete vos et laus sit ei, unde venitis. Testor, eum

1) Sprenger, Bd. 2, p. 41. 55.

2) Sprenger, Bd. 2, Cap. X, p. 119—155.

esse nuntium Dei et eum, quem Jesus promisit. Nisi rebus ad rempublicam gubernandam pertinentibus retinerer, ad eum proficiscerer et calceos portarem," Cum Naġġâschy mortuus esset, Muḥammad pro eo preces fecisse dicitur.

Sane si omnes tam ignari fuissent ut rex Naġġâschy, nihil hoc urgeremus, fugitivos Meccam rediisse; nam nihil novi Moḥammadi afferre potuissent. Sed multa testimonia exstant, quae probent, sanam doctrinam de Jesu persona in Abessynia cognitam fuisse. Nam convenerunt Abessynii et regi dixerunt: Tu religionem nostram deseruisti" et rebellaverunt contra eum. „Religionem nostram deseruisti et contendisti, Jesum esse servum." Quaesivit rex ab iis: Quid tandem vos de eo docetis? Responderunt: „Nos contendimus, eum esse filium Dei." Tum Naġġâschy, manum ponens in pectore, dixit: „Testor, Jesum esse filium Mariae." Nihil addidit et simul digitum intendit in occultam epistolam, in qua erat eius fidei confessio, nempe: Nullus est Deus nisi Deus, et Muḥammad est servus eius et nuntius. Credo, Jesum esse servum Dei et nuntium et spiritum eius et verbum Mariae iniectum.

Hinc sequitur aperte, ut Abessynii Deitatem Jesu Christi agnoverint, cum nollent, eum servum Dei nominari, sed filium Dei. Negant omni modo, Muḥammadem Dei nuntium esse; quod si confessi essent, rex eandem confessionem non occultasset.

Neque Abessynii solum, sed Meccani quoque legati et fugitivi hoc intellexerunt. Nam 'Amr, qui missus erat, ut fugitivos vi reduceret, regem allocutus est hisce verbis: „Cedunt a tua sententia de filio Mariae." Quo dicto respondit Ga'far in nomine fugitivorum: „Docet de eo verbum Dei . . . . ." Apparet ex 'Amri verbis, Meccanos bene intellexisse, quid christiana ecclesiae – sive orthodoxa sive Nestoriana, sive Euthychiana sive Menophysitica, nam in hoc, Jesum esse Dei filium, omnes con-

1)) Ibn Isḥâḳ, p. 223.

sentiunt—de Jesu persona doceret. Quod etiam fugitivi non ignorarunt, magnam differentiam esse inter Muḥammedanismum et Christianitatem. Nam 'Obayd Allah b. Gaḥsch in Abessynia a Moḥammedanismo se convertit ad doctrinam christianam et Christianus mortuus est. Quod si omnes, non magnam differentiam interesse inter Christianitatem et Muḥammedanismum, putassent; nunquam is qui, ut fidem Islamiticam servaret, cuius causa Meccae premebatur, fugerat, christianam doctrinam amplexus esset.

Quae omnia si recte perspexeris, tu mihi concedes, *magnum numerum Arabum et Meccanorum orthodoxam ecclesiae de Jesu Christo doctrinam scire potuisse et scivisse.* Quod cum tot Meccani eius gnari fuerint, Muḥammed non item? Veresimile est, *Muḥammadem per fugitivos exacte edoctum esse de christiana doctrina et caerimoniis.*[1] Hoc certe constat, Muḥammadem eisdem annis, 616—619, quibus fuga facta erat, *fere omnia enuntiasse quae in Corano insunt de Christianitate.* Cum fugitivi saepius redirent, nihil obstabat, quominus cum Muḥammade communicarent, quaecunque viderunt et audiverunt. Et profecto a Muḥammade ipso testimonium est allatum, eum, si commodo erat confessio, bene scivisse, quid Christiani orthodoxi docerent. Exstat enim nobis epistola[2]) Muḥammadis ad imperatorem Heraclium, quae ab omnibus doctis genuina agnoscitur quaque Muḥammad „*Arianos summos haereticos esse*" iudicat.[3]) Haec certe non vana erat locutio, sed Muḥammad non ignorabat, et

1) Muir, Volume IV, p. 270: After this the conversation turning upon Abyssinia, Omm Salama and Omm Hinbiba, who had both been exiles there, spoke of the beauty of a cathedral in that country, called the church of Maria and of the wonderful pictures on its walls.

2) Confer Moslim II, 161. (ed. Dihli.)

3) Noeldeke: X. d. D. M. G. XII, p. 701. „Interessant ist es, dass Muhammed nach einem Briefe, den ich für recht halten muss, die Arianer als Erzketzer kennt." Sed Noeldeke ex sua theoria hanc rem non potest sibi exponere; cum mea optime congruit.

Arianos sectam esse et multum dissentire ab orthodoxa ecclesia de quaestionibus principalibus.

Sed haec hactenus! Nostro nunc iure nobis videmur statuere posse: Muḥammadem doctrinam christianam, qualis tunc temporis praedicabatur, cognovisse, intellexisse doctrinam ecclesiae de trinitate, de Jesu divina persona, de spiritu sancto.[1]) Sed ne videar audacius quam verius iudicasse; ne videar meras coniecturas loco veri protulisse et levi superfundamento novam sententiam struxisse nunc vertamus ad illum librum, unde vera et omnis Muḥammadis doctrina emanat, ad Coranum. Hic nobis occurrunt duo nomina „Raḥmân et Aḥmad," quae cum sint nuda, carne et pelle vestire velimus, ut, quales repraesentent personas, cognoscamus. Quod si hoc fecerimus, si unde orta sint, quid sibi velint quomodoque inter se contineant, exposuerimus — in clara luce et id quod modo audacius contendimus et Muḥammadis doctrinarum et vitae progressus et regressus apparebunt.

CAPITULUM III.

De compositione Corani.

Sed priusquam de his quae iam indicavimus disserere incipiamus, nonnulla afferamus de compositione Corani. Mirabilis hic est liber, aedificium vario modo exstructum et ornatum. Si quis leviter uno tenore librum perlegerit, consentiet, non unum esse librum, sed collectionem librorum et conquisitionem multarum sententiarum saepius eodem capitulo mirum quantum discrepantium, conventum multorum populorum et religionum.

Quomodo hic liber exstitit? Quid de contextu sura-

---

1) Valde igitur repugno Sprengero scribenti: Wenn man auch erweisen könnte, dass Mahommad Gelegenheit gehabt hatte, das Christenthum kennen zu lernen, so folgte doch noch nicht, dass er es wirklich kannte. Für einen Träumer, wie er, giebt es nichts Ungeniessbareres als Thatsachen. Bd. II, p. 181.

rum et versuum iudicandum est? Quae nobis surae, quae ad doctrinam christianam pertinent, priores, quae posteriores videntur esse? Tales quaestiones facile existunt et respondentur difficile.

Series surarum, quae nobis occurrit in Corano, nullius est momenti; cum non e legibus temporis et loci, sed ad arbitrium facta sit. Dispositae sunt, praemissa prima sura, inde a secunda sura e longitudine et brevitate, neque id summo consilio. Multi theologi Moḥammadani, cum rectam seriem statuere non possent, scelestum eum nominabant, qui suras recte ordinare vellet.[1]) Neque hoc valde miramur, cum cogitemus, quomodo surae ortae et servatae sint, nullum Moḥammadis socium neque ipsum prophetam seriem surarum memoria tenuisse. Quamdiu Moḥammad Meccae erat, surae omnino non colligebantur; nam revelationes, quae coelitus Moḥammadi afferebantur, in animo et memoria fidelium esse debebant, ut papyro et atramento non opus esset.

Est igitur difficillimum hodie id conari, quod aequales non audebant. Et profecto, non solum qui Moḥammadanam fidem sequuntur homines docti sed etiam quotquot Christiani eique sagacissimi de hac re scripserunt, multum inter se discrepant; quotquot religiosissime rem tractaverunt, confitentur, se nunquam summa certitudine priorem surarum seriem detegere posse.[2]) Quicunque hanc

---

1) Noeldeke, l. a. p. 214. Itq 135: Die Späteren verbieten es geradezu, beim Qorân die chronologische Folge zu beobachten.

Confer Sprenger, Bd. III, p. XXVII: Ibn Syryn erzählt: Ich fragte den ʿKrima, ob ʿAlyy den Korân chronologisch geordnet habe. Er antwortete: Wenn sich die Menschen und die Genien vereinigen, so werden sie nicht im Stande sein, dieses zu thun.

2) Noeldeke, p. 59: dass sich unter den mekkanischen Suren zwar einzelne Gruppen ausscheiden lassen, nicht aber eine im Einzelnen irgend genaue chronologische Anordnung aufgestellt werden kann, ist mir immer klarer geworden, je öfter und genauer ich den Qorân untersucht habe.“ Similia iudicia eodem libro (Geschichte des Qorâns, Gött. 1860.) saepius legis.

quaestionem tractavit, Noeldekio querenti assentitur et sibi persuasum habet, Coranum esse labyrinthum, ad quem perscrutandum et disponendum filum Ariadnae adhuc non esse inventum; neque quidquam esse quod nos adiuvet, ut filium labyrintheum adipiscamur.

Sane a nonnullis scriptoribus Mohammadanis singularis surarum series tradita est, sed nihil aliud volunt, quam aliquantulum cogere, quae inter se cohaerere videntur. Commentatores autem arabici non multum prosunt, quod omnes in Corano interpretando liberrime mentiuntur, quod confirmat vox illa apud Muslim: „In nulla re homines videmus adeo mentiri, quam in traditione." Apertiora sunt eorum mendacia, quam ut multis verbis egeat. Omnia ab his hominibus afferuntur, quae Moḥammadem laudibus tollere possint; omnia negantur aut removentur, quae qualis fuerit Moḥammad, aperte monstrent. Quare nullam eis habemus fidem et Coranum fere solum e Corano interpretari nos necesse est; opus divinum et quod exacte effici non possit.

Paucae surae nobis exstant, de quibus haud dubie scimus, quando sint factae. Sane si in universum Coranum consideras, discernere potes inter suras Meccanas et Medinenses, inter suras ante fugam et post fugam pronuntiatas. Sed exactius terminare, quando et quonam loco, qua in occasione et qua in serie sint ortae, nusquam aut raro possumus. Atque laudamus tota mente modestiam Noeldekii[1]) et cum eo hanc sententiam nostram principalem indicamus:[2]) Das Beste wird immer sein, dass wir bei den Suren der einzelnen Perioden *nur die innere Entwickelung ohne Rücksicht auf die ganz unsichere*

1) L. a. p. 55: . . . Ueberhaupt ist es nur bei sehr wenigen derselben möglich, einigermassen anzugeben, wieviel Jahre vor der Flucht sie geschehen seien . . . Um so weniger wird es möglich sein . . . eine auch nur ungefähre Zeitbestimmung aufzustellen und darnach die einzelnen Perioden einzutheilen. Die wenigen chronologischen Anhaltspunkte, von dem auch nicht ein einziger ganz sicher ist . . . .

2) Noeldeke, l. a. p. 56.

Chronologie im Auge behalten. Qui recte seriem et contextum surarum et versuum comprehendere velit, cognoscere debet, quomodo surae et versus contineant cum Mohammadis doctrina et eius progressione.

Hoc nobis volentibus multa obstant impedimenta, quominus opus bene efficiamus.

Ac primum quidem hodie in manibus non sunt omnes surae, quas Moḥammad unquam fecit. Sane nolumus accusare 'Othmânum; nam nobis persuasum est, eum omnes, quas attingere posset, suras collegisse. Quod ab omnibus uno consensu eius editio accepta est, concludi potest, in ea infuisse omnia, quae quisque in mente tenuerat. Sed tamen multa desunt. Testes sunt multi illi loci, quos Noeldeke attulit p. 174—186. Praeterea scriptores Moslemitici tradiderunt, suram 33 multo longiorem fuisse: quod quidem etiam de suris 98 et 9 dicendum est. Imprimis hoc pertinet ad suras Meccanas, de quibus bene Sprenger: Von den kleineren vernachlässigten Suren mögen viele, wie „das Kamel mit aufgelösten Banden" davon gelaufen und für immer verloren gegangen sein." [1])

De ipsius Moḥammadis memoria multae surae dilapsae sunt. Cognita est haec historia: Cum Hischâm b. Ḥakym quondam Suram 25 vitiose recitasset, ab 'Omar id indignatus ad prophetam ductus est, a quo castigaretur. Moḥammad autem, cum Hischâm suram recitasset, dixit: „Sic mihi revelata est." Tum se vertens ad 'Omar perrexit: „Nunc sonet secundum tuum modum." Qui cum suram longe aliter atque Hischâmi sonantem pronuntiasset, denuo dixit: „Sic mihi est revelata. Coranus septem diversis lectionibus de coelo missus est. „Hinc apparet, Moḥammadem summa securitate suras in mente tenuisse et oblitum esse neque magnam curam ad ipsa verba adhibuisse.

Sed non solum hoc probare volumus, e Maḥammadis memoria multas suras fugisse, sed iam progrediamur,

1) Sprenger, Bd. III, p. XXXVII.

ut demonstremus, multa a Moḥammade callide deleta, eiecta, mutata esse, ut priorem doctrinam, vera aut falsa, abrogaret, ad irritum redigeret. Ipse Coranus testatur, Moḥammadem summa libertate versus Corani eiecisse, mutasse, complevisse. Legimus s. 2, 100: „Si versum delemus aut oblivioni reddamus, revelamus meliorem aut similem.“ Christiani enim et Judaei, qui „libros possidebant,“ Moḥammadem accusabant, quod multa falso mutaret. Itaque alio loco contendit, Deum ipsum saepius versus delere.

Huc quoque refero, quae fama de suris bis revelatis tradidit. Itq. 30 legimus surus 111 et 1. Meccae et Medinae revelatas esse. Quid haec scriptorum Moslemiticorum sententia nos docet? Docet, suras singulas a Moḥammade sic mutatas esse, ut quasi denuo coelitus descendisse viderentur; idque factum esse Meccae et Medinae; nam Moḥammad Meccanus et Medinensis non est idem. Saepius Moḥammad sensum originalem surarum novis versibus appositis mutavit. Confer cum eis quae breviter laudamus verba Sprengeri Bd. II, p. 344. Cum poena acerba, quam Meccanis iamiam appropinquare et imminere dictitabat, non adveniret, omnes locos qui huc spectabant, retulit ad diem supremum. Atque ut omnes putarent, statim ab initio a Moḥammade hos versus ad diem ultimi iudicii relatos esse, novos versus fecit et addidit, quibus dies resurrectionis et iudicii describebatur. Tali calliditate non semel usus est. Credimus idem valere ad omnes locos, quibus Raḥmân „unus deus“ describitur. Cum tempore posteriore Deum et Raḥmân in unum coalescere vellet, doctrinae de Raḥmân confessionem semper addidit hanc: „Deus est unus, Deus est clemens Raḥmân.“

Porro ars transponendi ei multum profuit. Tam saepe fidem suam commutavit, ut fides Moḥammadanorum ea re firmari non posset; atque cum saepius veteres versus negari non possent, eis alium sensum tribuit transpo-

nendo in alio loco et adiungendo alii contextui. Sic longae surae ortae sunt, quae tam callide undique collatae sunt, ut ipse Noeldeke, vir vere criticus, confiteatur:[1]) Die Suren selbst haben zum Theil bedeutende Ausdehnung, doch können einige dieser langen Abschnitte aus kürzeren zusammengesetzt sein, *ohne* dass uns die Fugen immer erkennbar wären." Noeldeke multa exempla attulit; demonstravit, multas suras e diversissimis versibus compositas esse. Nulla fere est sura, in qua non vestigia „aliena" detexerit.

Quid? Cum Moḥammad in rebus levibus tot versus eiecerit, transposuerit, mutaverit: quanto saepius hoc factum esse putas in suris, quae pertinent ad doctrinas cardinales, ad iudicia Moḥammadis de doctrina Christiana! Coranum semper semperque perlegenti persuasum est, *in eo maximam confusionem inesse et hanc confusionem summo consilio appetitam esse.* Sane facilius est dictu: Moḥammad tam rudis et stultus fuit homo, adeo sanae mentis egens, ut res diversissimas quasi bene cohaerentes et arcte coniungendas haberet. Sed non est viri vere docti, Moḥammadem ovem et bovem habere. Ingenium eius, qui mundum doctrina sua turbavit, profunde cognoscenda est et calliditas, saepe apparens, magni aestimanda. Eius consilium et calliditas in suris, quibus de rebus christianis agitur, facile cognoscuntur.

Quanta copia doctrinarum eiecta et mutilata est! Sprenger Bd. II, p. 182 bene scripsit: „Die erhaltenen Inspirationen sind fragmentarisch, und wir haben dokumentarische Beweise, dass Muhammad Manche derselben unterdrückt habe; es ist daher denkbar, dass Mohammad dem Christenthum grössere Zugeständnisse gemacht hat, sie aber später zurücknahm."

Sane hac in re nobis tantum reliquiae exstant, breves et mixtae. Multa consilio, non casu, addita, multa eiecta, male et varie composita sunt. Multis locis apparet,

1) N. p. 107.

Mohammadem voluisse delere doctrinas, quas initio docebat, miscendo priora cum argumentis et orationibus, quae antea dicta ad irritum redigerent.

Sed iamiam progrediamur, ut, quantum possumus, seriem rectam surarum, quae ad doctrinam christianam valent, exponamus. Non omni versui rectum locum constituemus — librum aliter de hac re scriberemus, — sed summam rem explicare velimus.

Ac primum quidem agitur de suris Meccanis. Noeldeke summa sagacitate has suras divisit in tres partes. Surae primae periodi sunt: 96. 74. 111 106. 108. 104. 107. 102. 105. 92. 90. 94. 93. 97. 86. 91. 80. 68. 87. 95. 103. 85. 73. 101. 99. 82. 81. 53. 84. 100. 79. 77. 78. 88. 89. 75. 83. 69. 51. 52. 56. 70. 55. 112. 109. 113. 114. 1.

Sura 55 utrum ad primas an postremas Meccanas referenda sit, difficile est contendere. Sura autem 112 haudie dubie Medinensis est. Judaei Medinenses dicuntur —sic legimus His. 400. — Mohammadem de essentia Dei quaesivisse atque propheta tum hanc suram pronuntiasse. Non est, cur hanc traditionem reprobemus. Immo tantum Medinensis Mohammad tam breviter et severe Christianorum doctrinam damnat. Bis haec sura dicitur revelata esse. Quod si verum est, sura initio revelata ad alios adversarios spectabat, quam, fortasse parvis commutationibus, repetita. Meccae pagani angelos Dei filios nominantes, Medinae Christiani Jesum filium Dei adorantes reprobantur. Sura 1 est e suris secundae periodi. Errant scriptores Mohammadani, qui alteram partem surae Meccae, alteram Medinae factam esse tradunt. Sed tamen „bis revelata“ est. Posteriore demum tempore formulae „In nomine clementis Rahmân“ vox „Allah“ adiuncta videtur esse.

Ad suras secundae periodi Noeldeke refert: 54. 37. 71. 76. 44. 50. 20. 26. 15. 19. 38. 36. 43. 72. 67. 23. 21. 25. 17. 27. 18: ad suras tertiae periodi: 32. 41. 45.

16. 30. 11. 14. 12. 40. 28. 39. 29. 31. 42. 10. 34. 35. 7. 46. 6. 13.

Cum surae secundae et tertiae periodi, ut surae tertiae periodi inter se ipsas,[1]) vix secerni possint, melius omnes suras, quae universales sententias religiosas in medium proferant, primae periodo annumeramus, et omnes, quae christianas doctrinas et historias communicant, tertiae periodo.

Sura 19 e diversissimis et multis partibus est composita. Obscura signa (J. N. R. J.) initio surae Sprenger ingeniose interpretatus est.[2])

Versus 1—15 initio narratio singularis fuerunt atque versus 15—34 posterius additi sunt; idque versus 34 e mero usu verborum, quod narratio de Johanne eisdem concluditur verbis: Pax ei die qua natus est, die qua quondam morietur, die qua reviviscet. Versus 35—41 sunt Medinenses. Differunt a prioribus versibus clausulis inter se consonantibus; verba sunt Medinensia, ibi adiuncta, ut Christiani severissime vituperarentur. Versus 84—90 initio secundae periodi orti sunt; versus 91—97 sunt e postremo tempore Meccano, quamvis clausulae eodem modo sonent atque antea; sunt sura singula, cui adiecti sunt versus 97 et 98. Cum versus 90 finiretur mentione „Raḥmân,“ versu 91 facile pergi poterat versibus alius surae: Dicunt: „Raḥmân sibi genuit filios.“ Lingua hi loci inter se differe videntur.

Prior pars surae 43 est Meccana; sed posterior pars varie est composita et aut postremis diebus Meccae aut Medinae orta. Facile versus 57—65 et 79—87 singulae surae aut reliquiae ignotarum surarum cognoscantur; versus 88—89 Sprenger nominat „reliquias.“ Cum prior pars aperte linguâ Meccana appareat, hae partes et lingua et contextu Medinenses sunt. Praeterea singulae reliquiae et verba videntur adiuncta esse.

---

1) Noeldeke, p. 108.

2) Sprenger, Bd. II, p. 182 adn.

Veniamus nunc ad suras Medinenses, quo in numero Noeldeke affert: 2. 98. 64. 62. 8. 47. 3. 61. 57. 4. 65. 59. 33. 63. 24. 58. 22. 48. 66. 60. 110. 49. 9. 5.

In sura 2 versus 59: Ecce, qui credant etc." sententiae Mohammadis Medinensis omnino repugnat; tantum initio Meccae propheta sic locutus est. Praeterea hic versus interrumpit connexum orationis, qui optime cohaeret versu 59 eiecto.[1]) Versus 158—162 sunt Meccani: quo in iudicio Sprenger et Noeldeke consentiunt. Versus 254 Meccanus amplificatus est.

In sura 3 maior pars versuum 31—51 Meccana est; verba autem maximam in partem Meccana varie cum verbis et sententiis Medinensibus mixta sunt. Idem valet ad totam fere suram. Aperte est compositio e multis locis facta. In aliis suris Medinensibus saepius nobis occurrunt historiae christianae, quae Meccanam originem non negent, sed callidissime cum similibus versibus mixtae, ut priora et posteriora summa certitudine discernere non possimus; idque eo minus, quod verba postrema Meccana non multum abhorrent a Medinensibus. Omnes surae Medinenses, quatenus tractant christianas doctrinas et res, summo odio et contemtu impletae sunt. Sane etiam bene sonantes sententiae de Jesu afferuntur; sed et sunt e periodo Meccana et ideo in medium proferuntur, ut Christiani Arabes ad fidem Moḥammadanam convertantur, atque denique semper cum exsecrationibus coniunctae sunt. Si quis suram 2, imprimis suras 4 et 5 legerit, haud dubie consentiet, ibi doctrinarum christianarum summa cum indignatione et odio mentionem fieri. Quantum aliter Moḥammad iudicavit in suris Meccanis! Moḥammad Meccanus apparet amicus, Medinensis inimicus sanae doctrinae christianae. Duplex facies est Corani, initio populis

---

1) Contra Noeldeke: V. 56 scheint mir mit dem Uebrigen so zusammenzuhängen, dass er in ihm den widerspenstigen Juden die Frommen aus allen Religionen gegenüberstellt. Muḥammad Medinae praeter se nullam salutem esse statuit; „suos" tantum fideles agnoscit.

Christianis pacem nuntians, alliciens verbis suavissimis; tum saeva, bellum indicens, minans et damnans.

Habes quae breviter de Corani compositione in universum dicere voluerimus. Quae cum ita sint, cum iamiam viderimus, summam ordinis perturbationem in Corano inesse; multa casu, multa consilio interiise aut formam mutasse aut locum; atque cum doctissimus quisque credat, doctrinarum progressum et regressum pluris aestimandum esse quam seriem surarum et versuum — nos quoque nunc omnem curam et diligentiam adhibeamus ad progressum doctrinarum Moḥammadis cognoscendum et exponendum.

CAPITULUM IV.[1])

Raḥmân.

Agitur nunc de „Raḥmân et Aḥmad." Ac primum quidem indagabimus vocem „Raḥmân," demonstrabimus, Raḥmân nomen esse, quaeremus, unde hoc nomen emanaverit et quid de hoc initio doctum sit.

Ac quod attinet ad formam, Raḥmân, nomen est intensivum, deductum de „rachima," misericordem esse, ut ghadhbân „plenum esse irae." In Scharḥ almawâkif ed. Sörensen, p. 163 legimus: Einige behauptet Raḥmân und Raḥym seien gleich bedeutend, wie Nadmân und Nadym, Salmân und Salym. Andere betrachten Raḥmân als eine Intensivform wie ghadhbân voll Zorn, sakrân voll Wein" (Tha'laby, Tafs. p. 21).

Ceterum haec forma rarior fuit et vetusta, ex Soyûṭy inusitata in dialecto, quam Moḥammad locutus est et scripsit. Et cum adiectiva „raḥym et râḥim in Moham-

---

1) Confer Sprenger: Bd. II, p. 180 fff. Cap. XI: Christlicher Einfluss auf Moḥammad.

madis dialecto inveniantur, certo consilio ex alia dialecto aut lingua „Raḥmân“ petivisse videtur; quod eo rectius statuimus, cum haec forma in dialecto Aramaica et Yamanensi saepissime occurrat.

Nominis proprii autem vim in hoc intensivo inesse ex multis apparet. Ac etiam Arabici lexicographi contendunt, „Raḥmân“ tantum ad Deum adhibendum esse, cum omnia alia epitheta etiam hominibus tribui possint; et eandem vim habere atque Allah et al-Rabb, Deum et Dominum. Hic usus linguae confirmatur compluribus narratiunculis. Pagani, cum Moḥammad primum voce „Raḥmân“ uteretur, dicuntur dixisse: Quis est Raḥmân? Ignoramus eum.“ Alio loco nobis traditum est, adversarios Moḥammadis illudendi causa dixisse: „Moḥammad antea unum Deum invocavit, nunc autem duos, Allah nempe et Raḥmân. Scimus nihil de Raḥmân nisi de „Raḥmân Yamanensi,“ quem intelligebant Mosaylimam. Hinc mihi satis apparere videtur, „Raḥmân“ nomine personam divinam induci.

Et quoniam hoc iam breviter exposuimus, nunc pergamus et quaeramus, unde hoc nomen, quod a Moḥammade ab anno 616 usque ad 620 usurpabatur, sumtum sit.

Variae et diversae sententiae afferuntur. Ac primum quidem quaeritur, utrum hoc nomen a paganis originem duxerit necne. Negamus, id inde emanasse. Sane inter paganos hoc nomen usurpabatur; sane in ḥimyaritis inscriptionibus deis paganorum hoc attributum datum est. —nominantur רחמנן [1])—. Magni momenti est, quod Meccani huius nominis ignari erant, cum saepius opponerent, se nescire „Raḥmân,“ se nunquam hunc secundum Deum, al-Rḥamân, adoraturos esse. Cum nescirent, non inde petitum esse potuit. Atque omnino non a paganis hoc nomen adscisci potuisse, inde mihi certissimum est, quod Moḥammad anno 616, quo hac voce uti coepit, paga-

1) Osiander, Zeitschrift der D. M. G. X, 61.

norum doctrinas, quas paululum amplexus erat, docens, esse filios Dei et quasi Sub-Deos, aperte et sincere reiecit. Fieri non poterat, ut, quo momento idololatriam acerrime reprobabat, inde nomen unius aut sui Dei peteret.

Neque ab Judaeis hanc vocem adscivit: ad quam opinionem Noeldeke inclinat: „Es ist nicht ganz sicher, ob Muhammed ihn von den Juden erhalten hat, doch ist das sehr wahrscheinlich. (רחמני abgeleitet von רחמן findet sich schon Klgld. 4, 10; sonst finde ich nirgends, dass das Wort von einem andern semitischen Stamme gebraucht wurde; den Aethiopen fehlt sogar die Wurzel רחם.) Auf jeden Fall ist der Name weder von Muhammed gemacht, noch im Ḥigâz vor ihm bekannt gewesen, sondern von ihm eingeführt.“

At cum nusquam nobis traditum sit, hoc nomen in lingua Judaeorum usitatum fuisse aut in religione eorum usurpatum — hoc quidem tempore; nam posteriore et hodie solent Deum invocare „misericordem“ — non per se veresimile videtur, id inde originem duxisse. Et si ab Judaeis saepius usurpatum esset, Meccani, qui multum commercii causa cum Judaeis conveniebant, aliquid de eo audivissent. Accedit huc, ut Muḥammad eis diebus, quibus „Raḥmânum introducebat, multum cum Christianis consuetudinem habuerit. Denique, quod maximi est momenti, quae de „Raḥmâno“ docentur ex christiana doctrina emanasse constat.

Huius sententiae, nomen „Raḥmân“ a Christianis cum Moḥammade communicatum esse, est etiam Sprenger, cuius verba hic laudo:[1]) Die Raḥmânisten waren eine Sekte von Asceten. Dieser Sekte gehörte Baḥyra an, der Lehrer des Propheten. Den Raḥmân, welcher gar nicht in den Islâm passt, anzuerkennen, mag er sich lange geweigert haben, er wurde aber aller Wahrscheinlichkeit nach durch den Einfluss, den der König von Abessynien auf ihn übte, dazu bewogen, denn Baḥyra

1) Sprenger, Bd. II, p. 210. 202. 208. 202. 206.

behauptete, (haec est mera coniectura!") dass er der Gott der Christen, ja aller Schriftbesitzer sei, es beten ihn ja auch die Juden an .... Dass aber unter Raḥmân ursprünglich der Menschen Sohn verstanden wurde, scheint mir zwar nicht aus dem Geist, aber aus den unverdauten Brocken der Ḳorânstellen, in denen der Raḥmân genannt wird, hervorzugehen, denn diese sind christlich .... Es ist übrigens wohl leicht möglich, dass bei dieser Sekte der Raḥmân und der Allah noch auseinander gehalten wurden und dass sie erst von Moḥammad vollends vereint worden sind. Wenn er aber den von den Christen angebeteten Raḥmân predigte, so verstand er keinen National- oder Sektengott, sondern setzte voraus, dass die Christen dieselben Begriffe von der Gottheit haben, wie er, und vielleicht that er es mehr aus Gefälligkeit als aus Ueberzeugung, wenn er ihre Benennung für Gott adoptirte; jedenfalls fällt es auf, dass sie oft in der an den christlichen König von Abessynien gerichteten Sura vorkommt. — Ich glaube, dass das Wort von einer christlichen Sekte auf den Gottessohn angewendet wurde, dass Moḥammad es aber für die Benennung des Gottes der Christen ansah .. — Es giebt keine Stelle im Ḳorân, welche zur Vermuthung führen könnte, dass Moḥammad etwas Anderes als den einen Gott unter Raḥmân verstand.

Habes verba et sententiam Sprengeri. Audeo homini doctissimo et argutissimo repugnare.

Atque primum demonstrabimus, „Raḥmân" non solum unius sectae, sed omnium sectarum et orthodoxae ecclesiae proprium fuisse. Verisimile hoc videtur, cum cogitemus, Jesum Christum compluribus locis sacrae scripturae sic nominari. Confer Hebr. 2. 17 „ἵνα ἐλεήμων γένηται." Misericordia est eius quasi natura; quod eum hominum miseruit de coelo descendit. Raḥmân igitur, si quidem, quod hic interdum statuimus, hoc nomine Jesus Christus intelligitur, apud onmes Christianos invenietur.

Inter Sectas, quae hac voce utebantur ad Jesum

Christum laudandum, nomino Heracleonitas, discipulos Heracleontis, discipuli Valentini, qui commentarium[1]) de evangelio Johannis scripsisse dicitur. Quod autem afferre volumus, scriptum invenis apud Irenaeum ad. Haer. I, 21. Professor Hitzig argutissime verba obscura mihi videtur exposuisse.[2]) Legimus autem ibi:

Μεσσία οὐφαρὲγ ναμεμψαιμὰν καλδαίανμοσομηδαέα ακρανaὶ ψαούα Ἰησοῦ Ναζαρία.

Irenaeus transtulit:

Οὐ διαιρῶ τό πνεῦμα, τὴν καρδίαν καὶ τὴν ὑπερουράνιον δύναμιν τὴν οἰκτίρμονα· ὀναίμην τοῦ ὀνόματός σου, σωτὴρ ἀληθείας.

Hitzig in his verbis cognovit linguam Arabicam. Omittamus quae nobis non magni sunt momenti ...... Wenn nun weiter dem *ἀκρανaὶ κτλ* als Uebersetzung *τὴν οἰκτίρμονα* gegenüber steht, so könnte der Dolmetsch, aber muss nicht, an arḥam gedacht haben, es erhellt: man soll *ἀκραμ* lesen und *αι* trennt sich ab zum folgenden. Wir haben hier den Dativ Akramu und zwar vermuthlich als Anruf: Gnädiger! Der Sinn des Ganzen:

Messias! Ich sage mich los von der Sinnenlust, hege rechte Gesinnung. Wecke zum Leben vom Himmel her den Beter, Du huldvoller ohne Deinesgleichen, Jesu von Nazareth.

Hinc apparet, Jesum Christum adoratum esse nomine „Du Huldvoller ohne Deinesgleichen." Jesus est misericors *κατ᾽ ἐξοχήν*, quod in eo omnis misericordia Dei quasi posita et inclusa est. Sane hoc loco vox „Raḥmân" usurpata non videtur; veresimilior quam arḥamu est vox akramu. Sed nobis sufficit, ut Jesus hoc attributo ornatus sit. Inde veresimile videtur, Jesum in orationibus et brevibus exclamationibus „al-Raḥmân" quoque nominatum esse. Hic mos praecipue erat apud monachos, ut brevia verba enuntiarent, quibus Deum et Jesum colerent. Fieri poterat ut Moḥammad iuvenis hanc vocem fortasse a Baḥyra

1) Epiphanius haer. XXXVI, 2.

2) Z. d. D. M. G. XII. p. 321.

audiret. In Syria enim hanc vocem cognitam et usitatam fuisse, etiam apud orthodoxos Christianos, complura exempla docent. Testimonium affero e carminibus Jacobi Sarugitae, qui excepto Ephraëmo celeberrimus praeceptor Syriae ecclesiae orthodoxae fuit, ut ei cognomen „spiritus sancti tibiae“ aut „ecclesiae psalterii“ daretur. Natus a 452 episcopus Batnarum factus est a. 519 [1]) Hic cecinit:

Wer giebt mir wieder
Die schönen Zierden
Womit ich prangte,
Eh' ich gesündigt?
Wenn Gott auch gnädig,
Der *Allerbarmer* . . . . . .

Neque Deus solum „der Allerbarmer“ nominabatur, sed etiam Jesus, idque saepius. Affero e carminibus duorum Nestorianorum, Narsis, qui circa 500 p. C. n. praefectus erat scholae Nisibis et Babai. [2])

Dem Erbarmer Preis! Als wir zu suchen ihn vergassen,
Ging er uns zu suchen; unsere Rettung war ihm Herzenslust.

Et: *Preis sei dem Erbarmer*, der in seiner Huld
Leben durch die Sehergabe spendete!

In multis liturgiis fere nihil aliud inerat, quam laus „misericordis agni Dei“ et preces ubique sonabant: „Jesu misericordissime, sis misericors et propitius!“ [3])

Nostro igitur iure contendere posse videmur, *hanc vocem apud omnes Christianos in usu fuisse,* quod con-

---

1) Affero Dr. Pii Zingerle translationem. Z. d. D. M. G. XII. p. 127.

2) Confer. Ztschrft der D. M. G. Bd. III, p. 231 ff.: Drei nestorianische Kirchenlieder. Mitgetheilt von Dr Daniel Haneberg.

3) Alfred de Kremer huic sententiae favet, l. o. p. 7: Es folgt nun im Seelenleben des arabischen Propheten ein Zeitabschnitt, wo christlicher Einfluss sich in überwiegender Weise geltend machte. In dieser Epoche bedient er sich des wahrscheinlich aus einer christlichen Liturgie entlehnten Namens Raḥmân, den er anfangs im christlichen Sinn gebrauchte, um den Erlöser zu bezeichnen.

firmatur fama illa, Moḥammadem formulam: „In nomine Dei, Raḥmâni misericordis“ ex Aethiopia accepisse. Içâba Bd. 1, 1835, aus Ibn Abû Dawûd's Maçâḥif, von Ibrâḥym b. 'Oḳba, von 'Omm Châlid, welche eine Tochter des Châlid b. Sa'yd b. 'Aç war: Mein Vater war der erste, welcher die Formel „bismillah al-Raḥmân al rahym“ im Schreiben gebrauchte.

Hinc apparet, hoc nomen in Abessynia in usu fuisse. In sura autem, quam Moḥammad, cum per Meccano fugitivos audivisset, se clementer a rege exceptos esse, regi Abessyniae misit, haec vox repetitur decies sexies. In eadem sura bene de Jesu docetur. Credidisse igitur Moḥammad videtur, Deum Christianorum nominari „Raḥmân“ et cum imprimis Jesus Christus adoraretur „Raḥmân esse Jesum Christum aut aliquo modo cum eo coniunctum.

Quid? Pagani arabici nonne intelligebant, sub nomine „Raḥmân“ salvatorem mundi, Jesum Christum, adorari? Nam Mosaylima pseudopropheta, hoc nomen sibi arrogavit, quod se prophetam praebere et hoc attributo dignitatem suam, nempe prophetae a Deo uncti et missi, indicare voluit. Idem legimus de „Aswad.“ Qui cum, quattuor menses ante Mohammadis mortem, seditionem moveret, exemplo Mosaylimae „salvator Yamanensis“ vocabatur. (Vergl. Sprenger, Bd. III. p. 544. Nach dem Beispiele des Mosaylima, welchen man den Raḥmân (Heiland) von Yamâma hiess, wurde er der Raḥmân von Yaman genannt. (Balâdzory, Liber expugn. regionum p. 105.) Cum absurdum sit statuere, hos viros sibi nomen aut attributum „unius Dei“ arripuisse, summo iure concludimus: *Nisi Christiani salvatorem suum „Raḥmân“ nominassent, hi prophetae* nomen apud paganos inusitatum, *nomen „salvatoris“ nunquam usurpassent.*

Ea quoque, quae theologi, Mohammadani ad hoc nomen interpretandum attulerunt, sententiam meam confirmare possunt. Nesciunt, quomodo hoc nomen recte de

Deo iuxta doctrinam Mohammedanam interpretentur. Dixit 'Ikrima: allahù alraḥmanu biraḥimati wachidati. Qualis autem est haec una misericordia, qua Deus nomen „Raḥmân" acceperit? Non habent, quid dicant. Recte verba nobis videmur interpretari et adhibere ad quaestionem nostram, cum doceamus: Jesus Christus est „Raḥmân." Una misericordia, accipiendo humanam naturam et carnem, se praestitit misericordissimum salvatorem. Posterius cum Deus cum „Raḥmân confunderetur, haec una misericordia ad „unum Deum" est delata, ut nomen Dei „Raḥmân" iustificaretur."

Quae cum ita sint, concludimus, *Mohammadem vocem „al-Raḥmân" aut formulam „In nomine al-Rahmâni" fortasse a Baḥyra aut ab alio monacho in Syria audivisse et intellexisse, hoc nomine Jesum Christum ornari; qua in fide comfirmabatur, cum discipuli ex Abessynia reversi ei nuntiarent, etiam ibi hanc formulam ad indicandam Jesu vim et dignitatem usurpari.*

Et quoniam hoc iam exposuimus, transgrediamur ad tertiam huius materiae quaestionem, quid tandem Moḥammad de hoc „consilio a Christianis accessito Raḥmân" docuerit.

Ac primum quidem Moḥammad voluit, Raḥmân adorari. Diu Meccani aspernabantur al-Raḥmân. Confer S. 25, 61 Cum eis diceretur: Adorate Raḥmân! responderunt: Quis est Raḥman? Num adoremus, quod tu nos facere iubes? Alios locos eiusmodi iam supra commemoravimus. Porro legimus S. 43. 35. Si quis est coecus in memoria „Raḥmâni," ei Diabolum addimus socium. Omnes Arabes adorare et in Raḥmânum credere debent. K. 13, 29: Nos te misimus ad populum quendam . . ., ut ei quae tibi aperimus recites; neque enim credunt in „Raḥmân." S. 21, 37: Si te increduli videant, te habent ludibrio . . . . Tales sunt, qui doctrinam de Raḥmân ingrato animo reiiciant."

Et ipse Moḥammad Raḥmânum adoravit; quod nobis Ibn 'Abbâs tradidit: Propheta noctem peregit orans ad

Ka'bam et quotiescunque corpus in terram prostavit, exclamavit: O Raḥym, o Raḥmân.“ Increduli tum dixerunt: „Moḥammad *antea unum Deum* invocabat, *nunc duos*, *Allah et Raḥmân.*“

Sed quaenam potestas et auctoritas inerat in hoc Raḥmân, ut sincere et religiose, a Moḥammade invocari posset? *Raḥmân est mundi creator et Dominus iudicii supremi*.

Atque quod attinet ad creatoriam vim Raḥmâni, affero hos locos: S. 20, 3 ff. Tibi misimus Coranum, communicationem ab eo, qui terram et coelos creavit, Raḥmâno, qui ascendit thronum. Ei sunt quae in terra et in coelis et quae inter ambo et sub terra sunt. Confer hic bibliae verba: *Διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερυψωσε . . . , ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.*“ Porro S. 78, 37: Dominus coelorum et terrae et loci inter ea, est Raḥmân. Et angeli sunt eius servi. 67, 1. Celebratus sit is, in cuius manibus est imperium; est omnipotens, qui vitam et mortem creavit — est excelsus et misericors . . . . Tu in creatione Raḥmâni nullam invenis disharmoniam S. 6 7, 19 Conspexeruntne aves volantes, ut alas extendant et retrahant? Nemo eos facit volantes nisi Raḥmân. Quis est qui, vel si nomen eius legio esset, vos adiuvare possit contra Raḥmân?

Sed hi versus sufficiant; Raḥmân est creator et Dominus mundi. Jesum Christum mundi creatorem esse, etiam ab orthodoxis docebatur isque multis liturgiis vario modo creator omnium laudabatur et praedicabatur rex et administrator mundi. Et biblicam esse hanc sententiam cognoscas ex ev. Joh. 1, 3. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil quod factum est: v. 10: Erat in mundo et mundus per ipsum factus est. Hebr. 1, 3: *„φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.“*

Hinc apparet, *Moḥammadem eadem, eisdem fere saepe verbis, de Raḥmano docuisse atque bibliam de Jesu Christo.*

Neque solum creator et Dominus est mundi et hominum Raḥmân, sed *iudex* quoque *postremo die.*

Laudo paucos locos. Prima in Sura Raḥmân vocatur „Dominus diei iudicii.“ S. 19, 73. Tum ex unaquaque secta eos secernamus, qui Raḥmâno inimicissimi erant. Omnes vos adesse necesse est. 76: Eis qui sunt in errore, Raḥmân diem prorogabit, dum, quod imminebat, videant. 81: Num inspexit in occulta aut foedus fecit cum „Raḥmân?“ 88: Illo die, quo iustos congregamus, ut ad Raḥmânum aditum habeant. Angeli non poterunt preces facere pro aliis, nisi foedus cum „Raḥmân“ fecerint. 91: Die resurrectionis omnes nudi ad eum pervenient; eos, qui credunt et bona opera faciunt, Raḥmân amore amplectetur.“ S. 20, 107—108: Illo die sequuntur vocantem neque in dexteram laevamque decedunt et omnes coram „Raḥmân“ vocem deprimunt et audiuntur voces tenues. Illo die nemini utilis erit deprecatio, nisi cui Raḥmân permittit, causam alicuius agere. 25, 28: Potestas (mulk) est illo die veritas et habet eam Raḥmân.

S. 36, 51: Bucina audita est et ecce, concurrunt e tumulis ad Dominum. Dicunt: Vae nobis! Quis nos excitavit e sedibus quietis? Hoc est, quod Raḥmân promisit et nuntii vera locuti sunt; nam clamor evenit, et omnes steterunt ante nos.

Confer cum his Corâni versibus verba sacrae scripturae: *Ὥσπεργὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ.* Joh. 5, 25: *ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστίν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκουσονται τῆς φωτῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ οἱ ἀκουοντες ζήσονται.* v. 28: *ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθά ποιήσοντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξοντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν.* 1 Thess. 4, 16: „*αὐτὸς ὁ κύριος ἔν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ᾽ οὐρανοῦ.*“ Verba Corani et bibliae nonne eodem modo sonant? Nonne Raḥmân iudex

eisdem attributis ornatur, eodem modo iudicat atque Jesus Christus?

Sed haec hactenus! Vidimus, Moḥammadem nomen „Raḥmân“ apud omnes Christianos usitatum e Syria et Aethiopia accepisse, Moḥammadem hunc Raḥmân adorasse eiusque personam, quam et e Syria et Abessynia sciebat Jesum Christum esse, eisdem attributis ornasse et eisdem verbis descripsisse atque sacram scripturam salvatorem mundi, qui est creator et Dominus mundi et iudex die novissimo. Quae cum ita sint, *necesse est statuamus, Moḥammadem sub nomine „Raḥmân“ secundum Deum, Jesum Christum adorasse.*[1]) Neque hoc fecit „aus Gefälligkeit;“ nam is qui vel per noctes in Ka'ba „Raḥmân“ invocat, puro et religioso corde agere videtur. Atque nonne laudat omnes Christianos, qui iam in sacra scriptura „invocantes nomen Domini“ appellantur, adoratores Raḥmâni? Legimus S. 25, 62: Celebratus sit Raḥmân! Adoratores Rahmâni, qui submisse in terra morantur et qui ab incredulis rogati „Pax vobiscum“ respondent, quique noctem orando peragunt dicuntque: Domine, verte a nobis tormenta locorum infernorum . . . . . . tales adoratores Raḥmâni praemium perseverantiae accipiunt regiones superiores et ibi excipiuntur vocibus: „Longa sit tibi vita et pax“ et ibi semper manebunt.“

Opponat nunc quispiam: Quid? Ut recta sit sententia tua de Raḥmân, ut sit Raḥmân divina persona secunda, nonne essentia Jesu Christi in Corano mere humana descripta est? Bene tu mihi hoc opposuisti. Necesse est, demonstrem, Muhammadem hoc tempore divinam Jesu Christi personam agnovisse.

Sed quaenam reliquiae exstiterunt, quae priorem Moḥammadis de Jesu persona doctrinam revelent?

Ac primum quidem attributum „filii Dei“ afferamus. Unus exstat locus, qui indicet, Moḥammadem aliquamdiu

1) Contra O. Pfleiderer: die Geschichte der Religion. Leipzig 1869. p. 380—381.

dubitasse, num Jesum filium Dei agnosceret. S. 43, 81: „Si Raḥmân filium habeat, ego primus eum adorem.“ Raḥmân posteriore tempore interpositus est pro „Allah.“ Sed nolimus hoc urgere. Si Moḥammad posterioribus diebus doctrinam de Jesu mutaverit, hoc attributum imprimis omnino delere debuit. Sane id quoque reputandum est, quod Noeldeke recte intellexit: non in omnibus locis, quibus Moḥammad contra filios Dei protestetur, christianam doctrinam esse intelligendam.

Graviores reliquiae exstant de „immaculata conceptione.“

Mater Jesu est Mariam. S. 66, 12. Et Mariam, filiam Imrani, quae servavit castitatem (Deus fecit testimonium.) Maria, etiam in iuventute deliciae Dei, audit voces angelorum: „O Maria, Allah te elegit, te ornavit puritate, te prae omnibus mundi feminis elegit. (S 3, 42—44) O Maria, sis devotus Domino tuo et adora eum et flecte genua cum eis qui flectunt. S. 3, 45—48: Angeli locuti sunt: Maria, Allah tibi mittit laetum nuntium de verbo ex ipso, esto eius nomen „Messias Isa filius Mariae; excellens erit in hac et illa terra et unus ex eis, qui „Allah“ proximi sunt. In lectulo loquetur ad homines ut in senectute, et pius erit homo.“ Respondit Mariae: Domine, quomodo mihi erit filius, cum me non vir tetigerit. Respondit: Ita fiet. Allah creat quod vult si rem constituerit, dicit: „Sis“ et „est.“ Et eum docebit revelationem, sapientiam, Thoram, evangelium, et legatum mittet ad filios Israelis.

S. 19: Misimus ei spiritum nostrum in forma pulchre formati viri. Illa dixit: „Refugio a te ad misericordem Deum.“ Respondit: „Legatus sum Domini tui, ut dem tibi filium sacrum.“ Respondit: „Quomodo mihi potest filius fieri, cum me vir non tetigerit neque sim pellex?“ Diixt: Tamen res sic se habebit; nam Dominus tuus dicit: „Hoc est facile, eum facimus miraculum hominibus et signum misericordiae nostrae. Sic res est constituta.“

Ex his versibus apparet, Jesum per spiritum sanctum mirabili modo conceptum, miraculo creationis esse factum; idque, Dei verbo statuimus esse factum Jesu corpus, per spiritum sanctum animam in corpus venisse. Sic enim operatio Dei et spiritus sancti optime coniunguntur. Mirabilem conceptionem docent etiam theologi Moslemini. Ferid Eddin Attar laudat Deum, quod est Dominus, qui possit partum edere, patre humano non adiuvante.

Valde mihi igitur errare videtur Gerockius, qui credat, e Corano Jesum naturali modo per angelum Gabrielem esse genitum.“ Profecto, si res sic se haberet, inania et mendacia essent verba ut: Maria castitatem servavit neque fuit pellex; Mariam vir non tetigit; Deus creat quod vult; si rem constituit et dixit: „Es,“ tum „est.“ Nimis saepe creatoria vis et operatio Dei hac in re in Corano laudatur, quam ut talem absurditatem statuere possimus. Praeterea hoc tempore spiritus sanctus nondum conversus est in angelum Gabrielem. Denique nostra opinio probatur eo quod Jesus semper „filius Mariae“ vocatur. Si illustris angelus revera pater Jesu a Moḥammade consideratus esset, hic profecto non abhorruisset, Jesum nominare „filium Gabrielis.“

Neque „filius Mariae“ initio opponitur, „filio Dei.“ Cum nomen Mariae, quam ipse Deus ornavit puritate, nobilissimum sit, necesse est unusquisque honoretur et ornetur, qui est „filius Mariae.“ Sane hoc nomen opponi poterat „filio Dei;“ sed in locis huius temporis „filius Mariae“ tantum laudatur neque accusatur. Ambiguo modo a rege Naġġâschy, qui confessionem suam exponeret, dicebatur: Confiteor, Jesum esse „filium Mariae.“

Porro nobis occurrit, quod Jesus multis in locis nominatur verbum. (kalimatu) S. 3, 39. Hic testimonium dabit de „verbo ex Allah.“ 3, 45. O, Maria, Allah tibi mittit laetum nuntium de verbo ex ipso, nomen eius

Messias Isa, filius Mariae." Negare non possumus, alludi his verbis ad sacram scripturam: „In initio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum. Et verbum factum est caro." Moḥammad hanc Jesu significationem audiverat, quamvis fortasse non recte intelligeret, quid sibi vellet. Non male theologus arabicus hoc sic exposuit:[1]) vocatur verbum, quod profuit religioni (religionis promotor fuit) sicut aliquis dicitur gladius Dei, leo Dei." Quod omnis Dei revelatio est, ideo vocatur verbum Dei. Cum hac significatione in Corano saepius alia coniungitur: „Jesus est spirtus Dei." S. 21, 91: Inflavimus Mariae de nostro spiritu et eam et filium fecimus miraculum omnium temporum. S. 2: Jesu, filio Mariae, dedimus documenta et corroboravimus eum per spiritum sanctitatis. S. 5, 19: Corroboravi te per spiritum sanctum, ut in cunis homo adultus cum hominibus loqui potueris." Et in Sunna: „Jesus est spiritus Dei."

Ac primum quidem Jesus est spiritus Dei, quod in se habet aliquid de spiritu divino et a Deo spiritum accepit: quod etiam de Adamo contenditur, cui Deus spiritum suum inflavit. (S. 38, 72.) Deinde autem Jesus confirmatur et corroboratur per spiritum sanctum. Ut Christiani docent, Jesum esse unctum spiritu sancto eumque in Jesu habitasse, sic Moḥammad, Jesum esse participem spiritus sancti.

Quod Jesus in se habet spiritum Dei, est propheta Dei. Est propheta, quem Deus scripturam, sapientiam, Thoram et evangelium docuit; (S. 5, 119) cui Deus librum dedit et se aperuit (S. 4, 162); qui missus est ad filios Israelis, ut eis esset exemplum et testimonium, (S. 5, 54) ut confirmaret suo evangelio, in quo inest doctrina et lux, priorem revelationem Thorae; ut exponeret complura, de quibus dissentiebant, et ad veram religionem

---

1) Confer: Tübinger Zeitschrift für Theologie, 1831. p. 57; und überhaupt den Artikel Dettinger's: Beiträge zu einer Theologie des Corans. p. 1—74.

adhortaretur. Sed filii Israelis huic Dei legato non credebant; quare (S. 5, 82) increduli ex filiis Israelis iam ore Dawidis et Jesu, filii Mariae, ob pertinaciam devovebantur.

Porro Jesus est miraculorum effector. S. 3, 48: Profecto venio ad vos cum signis a Domino meo; nam faciam ex argilla formam avis, tum inflabo et fiet viva avis ex voluntate Dei. Sanabo eum qui ab utero coecus est et qui lepra laborat, suscitabo mortuos voluntate Allah. S. 5, 19: O Jesu, fili Mariae, sanavisti coecum et lepra laborantem et me volente mortuos e sepulcris suscitasti. Impedivi filios Israelis, quominus manus iniicerent in te, cum signis claris venientem. S. 2: Exstruximus Jesum, filium Mariae, vi persuadendi i. e vi miracula edendi et dedimus ei spiritum sanctum ...... Jesu, filio Mariae dedimus facultatem miraculorum edendorum et exstruximus eum spiritu sancto.

Apparet, singularem vim a Moḥammade Jesu tribui et divinam;[1]) cum Moḥammad miracula edere omnino

---

1) Magnum affert gaudium id quod Moḥammadani mystici poëtae de hac Jesu vi canunt:

In carmine didactico „Mesnewi" legis:

Tausend Mittel wohl versteht der Arzt Galen,
Ein Hauch Jesu macht sie all' zu Grunde gehn.

Porro:

Jesu Zelle gleicht dem Tisch der Mystiker,
Kommt hieher, ihr Leidenden, hieher, hieher!
Alle strömten dort sie hin, fallsüchtig, stumm,
Blind und lahm, und taub und steif und krumm.
An der Zell' dort von dem ersten Morgenroth
Bis zum Abend lindert Jesus jede Noth.
Wenn des Frommen Frühgebet beendet war,
Freundlich an dem Pförtchen ward er offenbar.
Alsobald dann Hauf zu Hauf zur Pforte fliegt
Sicher, die von Furcht und Hoffnung lang gewiegt.
Jesus liebreich dann zu ihnen: Freunde hört,
Euer aller Flehen hat euch Gott gewährt.
Lauft nur, da das Leid dahin ist, mit Gesang,
Bringet fröhlich Gotte, dem Erbarmer Dank!

non possit; nam Allah solum habet facultatem miracula edendi, et ipse est nihil nisi eius „publicus praeceptor."

Sed quamvis Jesus tam mirabili modo a Deo signis exstructus et miraculis ornatus ad filios Israelis veniret, tamen non credebant, sed eum necare, manus in eum iniicere conabantur. Feceruntne? Quaestio haec est difficillima.

Ac primum quidem Moḥammad recte videtur docuisse, Jesum cruci adfixum esse, mortuum, sepultum, tertio die resurrexisse, ad coelum patris elatum, unde venturus esset, iudicare. Erat enim momentum gravissimum in omnibus praedicationibus apostolorum: „Jesus Christus, filius Dei ab Judaeis crucifixus." Quomodo fieri poterat, ut Moḥammad huius doctrinae ignarus esset?[1]) Atque Jesu mors mirabilis nonne indicatur in S. 3, 53—54: Judaei egerunt fraudulenter, sed Allah quoque callide egit; nam Allah prudentia callidissimos superat. Allah nempe dixit: O Jesus, te mori faciam et te ad me tollam et te servabo ab his incredulis; ei qui te sequentur, tollam super incredulos usque ad diem resurrectionis. Tum ad me redibitis et ego de rebus, de quibus dissentiebatis, iudicium faciam." Quomodo Allah fraudulenter egit? Quod Jesum, quem Judaei necare et sic delere volebant, in cruce mori et ad se tolli fecit, ut non deleretur. Sane

Wie Kamele, deren Füss' man fesselte,
Hüpfen, wenn das Band man wieder lösete,
Also hüpften fröhlich jene Kranken auch,
L e b e n s p e n d e n d w a r d f ü r s i e d e r J e s u s h a u c h.

Confer: Tholuck, Blüthensammlung aus der Morgenländischen Mystik. Berlin 1825.

1) Moḥammadem aliquamdiu mortem et resurrectionem orthodoxo more docuisse, testes sunt illi doctores theologiae Moḥammadanae, qui idem tradunt atque sacra scriptura. Nisi haec doctrina e Korano posset sumi, illi nunquam accepissent. Lege Gerock, p. 138: Mehrere Imame glauben indess an den wirklichen Tod Jesu, an seine Auferstehung und Himmelfahrt, wie ers seinen zwölf Aposteln vorausgesagt, denen er auftrug, das Wort Gottes in seinem Namen allen Völkern zu verkündigen.

hic versus etiam alio modo potest explicari; quare hoc argumentum nolimus urgere. Quod autem ad judicium postremum attinet, hoc Jesû Christo tribuitur ab multis Moḥammadanis theologis. In Ḳorano Jesus cognitio horae judicii nominatur.

Sed non diu Moḥammad mortem Jesu docuit. Versus qui huc spectant, sunt: 4, 156 Dicunt Judaei: Profecto occidimus Messiam Isa, filium Mariae, legatum Dei, sed eum non occiderunt neque in crucem sustulerunt, sed oblata est eis similitudo eius (sed visi sibi sunt occidere.) Et profecto ei, quorum opiniones de eo non consentiebant, in dubio erant de hac re; non erat eis accurata notitia, sed solum coniecturae. Sed profecto eum non enecuerunt, sed Allah eum ad se sustulit. Allah est potens et sapiens. S. 5, 119; Israelitas impedivi (quominus te morte afficerent), cum tu cum claris signis ad eos venires.

Apparet Moḥammadem crucifixionem Jesu negasse. Theologi Moḥammadani innumerabiles de hac re absurditates in medium protulerunt. Legas eorum fabulas apud Gerockium[1]) et Dettingerum.

Muir nominat „Denial of the Crucifixion a compromise between Jews and Christians“[2]), sed alio loco idem aliter judicat: in opposition to the Jews, who gloried in the assertion, that Jesus had been put to death by their nation. Nobis Moḥammad videtur hanc doctrinam petivisse ab quadam secta, cuius indicia Gerok in medium protulit. Erat haec doctrina primus gradus regressuum ab orthodoxa fide ad haereticam, denique ad islamiticam.

---

1) Confer Mouradgen d'Ohsson, Tableau génér. de l'Emp. Othoman, t. I, p. 158: Indess verfolgen ihn die entarteten und gottlosen Juden bis auf den Tod. Von Judas verrathen und nahe daran, der Wuth seiner Feinde zu unterliegen, wird er in den Himmel entrückt; der treulose Apostel wird in die Gestalt seines Meisters verwandelt, für den Messias angesehen und leidet den Tod des Kreuzes. (Gerock p. 138.)

2) Muir, Volume II, p. 306.

Cum autem Judaei Jesum cruci adfigere sibi viderentur, Jesus in coelum sublatus est; nam legimus saepissime: „Eum non cruci adfixerunt, sed Deus eum ad se sustulit.“ Cum haec verba semper arcte coniungantur, statuimus, Jesum statim, dum alius eius loco in crucem tollitur, a Deo ad Deum sublatum esse. Ascendit Jesus in coelum ad patris dextram.

Sed haec hactenus! Maiorem regressum quem Moḥammad de hac doctrina fecit, alio loco exponamus. Hic exposuimus, quae in prima periodo Moḥammad de Jesu in medium protulit. Jesus videtur nominatus esse filius Dei, est immaculate conceptus per spiritum sanctum, spiritus sanctus in eo inest, est propheta et thaumaturgus, est crucifixus et in coelum elatus, unde venturus est, cum sit cognitio „horae“. Haec omnia apta sunt ad Deitatem Jesu neque minime repugnant. Quare cum Raḥmân revera a Moḥammade adoratus et Raḥmân nomen sit Jesu Christi, quod Moḥammad consilio acceperat, atque cum doctrinae Moḥammadis de Jesu Christo, cui divini honores et attributa tribuuntur, non repugnent — nos nunc iterum nostro jure contendimus: *Moḥammadem Jesum Christum sub nomine „Raḥmân“ adorasse atque in eum credidisse.*

CAPITULUM V.

Aḥmad.

Et quoniam exposuismus, quid Moḥammad de „Raḥmâno et Jesu Christo“ doceret; iamiam progrediamur et exponamus, quid sibi velit vox „Aḥmad.“

Ac primum quidem anquirendum erit, quid haec vox significet atque unde emanaverit, deinde quid Moḥammad de spiritu sancto docuerit, denique cur et quomodo Moḥammad sibi nomen et dignitatem „Aḥmad“ adsciverit.

Atque originem ducunt voces „Aḥmad et Moḥammad“ a radice „ḥmd“, laudarę et praedicare. In dialectis arabicis, imprimis apud Christianos Arabiae, qui utebantur dialecto varie ab arabica lingua in Ḥiġâz diversa atque Hebraicae et Syriacae linguae appropinquante,[1]) verbo ḥmd erat significatio „cupiendi, desiderandi.“ Aḥmad igitur interpretandus est „Desideratissimus“ et Moḥammad „Desideratus.“

Constat prophetam Arabum „Moḥammad“ sive „Aḥmad“ vocari. Unde haec nomina emanaverunt?

Judaei exspectabant Messiam, cui nomen „Moḥammad“ tribuebant. Hoc in vetere testamento praedictum esse dicitur. Legimus Haggaï 2, 8: ובאו...... חמדת: quod Vulgata transtulit: Et veniet desideratus omnibus gentibus“ quem desideratum interpretantur multi Judaei et Christiani thelogi Messiam. Rabbi quidem Akiba in Tract. Sanhedrin c. II, p. 97 b hunc locum de diebus Messiae eiusque adventu exposuit. Apparet hoc etiam ex Halaby fol. 34. et confirmatur versibus Corani et compluribus narrationibus. Legis S. 2, 83: Et cum eis liber daretur, qui revelationem quam iam possidebant, confirmabat, eum non agnoverunt. Antea victoriam de incredulis reportandam rogaverant; Cum autem (M.) venisset, eum negarunt, quamvis cognoscerent.“ Hoc sic interpretantur. Judaei ab Arabibus premebantur. Legerant in Thora Moḥammadem praedictum et Deum oraverunt, ut eum mitteret, quo duce bello Arabes persequi possent. Cum autem venisset, se eum cognoscere negarunt, quod non erat ortus gente Judaïca.

Porro Judaei arabici Christianis saepius opposuisse dicuntur, Jesum Christum non esse Messiam, quod hic nominaretur Moḥammad; atque Moḥammedani volunt, nomen prophetae compluribus in locis veteris testamenti inveniri. Muir hac de re nobis hanc fabulam tradidit: A narrator relates that there was, in the kingdom of

1) Renan, Hist. des lang. sémit. I, S. 326.

Syria, a Jew, who while busied on the Sabbath perusing the Old Testament, perceived on one of the leaves the name of the blessed Prophet in four places; and out of spite he cast that leaf into the fire. On the following day, he found the same name written in eight places: again he burnt the pages. On the third, he found it written in twelve places. The man marvelled exceedingly. He said within himself, the more I cut this name from the Scripture, the more do I find it written therein. I shall soon have the whole Bible filled with the name.

Hoc sufficiat de nomine „Moḥammad! Nunc quaeritur, unde alterum nomen „Aḥmad“ originem duxerit.

Nomen „Aḥmad“ est translatio vocis „περικλυτος:“ quae vox in bibliis graecis falso loco „παρακλητος“ scripta videtur esse.[1]) Facile haec commutatio et confusio fieri poterat et emanare in translationes Arabicas et publice usurpari. Non dubitandum est, quin promissus sanctus spiritus a Christianis arabicis „Aḥmad“ nominaretur. Fugitivi dicunt regi Naǵǵâschy: Deus prophetam suscitavit, quem vel Jesus pronunciavit, dicens: Post me veniet nuntius, cuius nomen „Aḥmad“ erit. Et episcopus Ḳoss dixisse dicitur: Laus sit Allah. Post Christum orbatos nos non fecit, sed nobis curavit, misit ad nos „Aḥmad.“ Biblicis fere verbis „Aḥmad“ laudatur talis, qui a Jesu suis promissus est, qui quidem nullus alius est quam spiritus sanctus. Nomen autem spiritus sancti defertur ad Mohammadem, ut ipse appareat a Jesu pronuntiatus. Cum Moḥammad velit, se „Aḥmad“ agnosci, quem Christus promiserit, et cum a Jesu in novo testamento solum spiritus sanctus „Paracletus venturus“ praenuntiatus sit, apparet, spiritum sanctum promissum „Aḥmad“ nominatum esse. Confer quod dixit Ibn ʿAbbâs: Propheta dixit: nomen meum in evangelio est „Aḥmad“ — consenties cum Sprengero iudicante: Wenn der Name des Propheten Aḥmad gewesen wäre, so würde es keinem

1) Contra Noeldeke, E. i. d. Q. p. 6 adn.

Zweifel unterliegen, dass er, um die Anwendung der Worte Christi auf sich selbst zu rechtfertigen, seinen eigenen Namen S. 61, 6 gesetzt habe, statt Paraclet. Da er aber ebensowenig Aḥmad hiess als Paraclet, *so muss die Angabe des Ibn Abbâs insofern gegründet sein, dass die arabischen Christen Aḥmad für Paraclet sagten.*

Sed quid de hoc spiritu sancto tunc docebatur? Et in Syria et Byzantii et in Abessynia et in Arabia Christiani orthodoxi docebant, eum quem Jesus discipulis suis promissiset, tertiam personam sacrosanctae trinitatis esse et iamiam in hunc mundum venisse festo Pentecostes atque quotidie venire in cor credulorum. Hanc ecclesiae doctrinam non recte intelligentes aut negantes, spiritum sanctum iamiam venisse atque habitare ut in cordibus apostolorum, sic in omnium Christianorum, haeretici putabant, Aḥmadem etiam venturum esse. Constat, non semel homines exstitisse, qui se promissum Paracletum enuntiarent et divinam adorationem postularent. Tales haeretici etiam in Arabia videntur morati esse.

Sed quid tandem Moḥammad in Corano de „spiritu sancto," de „maxime desiderato," docuit?

Ac primum quidem contendimus, Moḥammadem aliquamdiu more orthodoxo credidisse, spiritum sanctum esse Deum et personam. Loci, qui huc spectant, sunt: S. 2, 81. 254: Et *dedimus ei spiritum sanctitatis;* Jesu, filio Mariae, dedimus facultatem miracula faciundi et eum expedivimus *spiritu sancto.* S. 19, 17: Misimus ad eam *spiritum nostrum* in forma pulchre formati viri. Sum missus a Domino tuo, ut tibi dem filium. S. 16, 103—104: Si versus proximus loco alius—et Deus optime scit quod vult marifestare . . . dicunt: „Mendax est." Dic: Spiritus sanctitatis detulit manifestationem a Domino tuo. S. 26, 193: „Fidelis spiritus cum revelatione descendit in cor tuum." Praetermittamus, alios locos laudare. Iuvabit comparasse S. 18, 26, 193, 53, 5, 109.

Apparet ex his versibus, Moḥammadem spiritum

sanctum Deum cognovisse et agnovisse. Spiritus sanctus est spiritus „noster" i. e. Dei, non vis Dei, sed persona per se subsistens, quae a Deo mittitur ad opus efficiendum, quale Christiani de spiritu sancto docent. Nam spiritus sanctus et ad Mariam mittitur, ut per eum ei filius detur, et in Jesu inest et descendit in cor fidelium, Dei revelationes afferens. Quae cum ita sint, *cum spiritui sancto biblicis fere verbis divini honores, attributa, opera, qualia Christiani confitentur de spiritu sancto, tribuantur, hae reliquiae Corani probant, Moḥammadem aliquamdiu spiritum sanctum tertiam trinitatis personam agnovisse et praedicasse.*[1])

Sed hanc doctrinam Moḥammad modo deseruisse videtur, reiiciens deitatem spiritus sancti.[2]) Initio dubitabat, quid novi loco divini spiritus poneret. Abundanter sibi ipsi hunc spiritum asserit; est quasi maiestas ignota, quae Moḥammadi omnes revelationes affert atque ut spiritus Christianorum in ipsum Moḥammadis cor descendit illudque illustrat. Denique autem fit spiritus sanctus mera vis divina, non iam est persona, sed se convertit in spiritum specialem Dei, cuius Moḥammad iam antea praeter spiritum sanctum mentionem fecerat, quemque e vetere testamento ab Judaeis acceperat; fit „Ruach Jahve," impersonalis spiritus Dei. S. 17, 87. Cum adversarii eum rogarent: Quid est spiritus? respondit: Spiritus est ab „Amr" Domini mei, et scientia, quam vos possidetis, minima est." Recte Sprenger hunc versum sic interpretatus est: „Der Geist besteht in einem Walten Gottes, er ist eine seiner Kraftäusserungen." Et quod est „eine Kraftäusserung," est vis inspirationis et ipsa inspiratio. S. 16, 1—2. 40, 15. 42, 50. Hac in periodo non iam Moḥammad docet, Jesum corroboratum esse a spiritu sancto; sed nunc sic sonat eius sententia: S. 66, 12. Inflavimus aliquid de nostro spiritu in Mariam.

1) Confer quod laudabimus p. 58, adnot.

2) Confer Sprenger, Bd. II, p. 228 ff.

S. 21, 91. 4, 169. Deus partem spiritus sui in Mariam invadere fecit.“ Non est spiritus—Madynenses hae sunt Surae—persona, sed „aliquid.“

Sed haec doctrina non est postrema de spiritu sancto. Mohammad partim intelligebat, adversarios bene scire, spiritum antea personam fuisse neque meram vim divinam, partim cognoscebat, non satis auctoritatis sibi emanare ex inspiratione divina, atque putabat, vim suam et dignitatem valde augeri, cum haberet consuetudinem cum coelesti persona. Quare denique spiritus sanctus convertitur in angelum Gabrielem. Plurimis in locis Corani spiritum aperte angelum Gabrielem intelligendum esse inter omnes constat. Mohammad eo facilius spiritum in angelum commutare poterat, quod angelus Gabriel ut spiritus s. ad Mariam et vel ad Mosem venisse credebatur. Legimus: Profecto venit ad Mohammadem Nâmûs al-akbar, qui solebat venire ad Mosem. Turcicus Kamus [1]) autem docet: Sanctus Gabriel sic nominatur, quod intime cognoscit mysteria revelationis et divini cordis, quae a ceteris angelis non cognoscuntur. De hoc spiritu, qui nihil est nisi angelus Gabriel, Mohammad potest dicere, eum debere silere die iudicii.[2]) Neque hoc est profecto mirabile; nam quamvis Gabriel sit excellens angelus, cui Deus mysteria intima aperuit, tamen est angelus, creatura, quae tacere debet coram Deo, iudicium habente.

Quae cum ita sint, neque Sprengeri sententiam probare possumus, neque Muiri,[3]) qui statuat, Mohammadem ex ignorantia spiritum sanctum cum angelo Gabriele confudisse.[4]) Non ignorantia doctrinarum commutatio-

1) Confer Fleischer, Zeitschrift d. D. M. G. XII, 701.

2) Contra Sprenger, vide supra.

3) Muir, II, 138. He seems to have confounded Gabriel announcing the conception with the Holy Spirit that overshadowed Mary. The two expressions became, in the phraseology of Coran, synonymous.

4) Argumentum grave, Mohammadem varie de spiritu sancto

nem effecit. Summa prudentia et consilium apparent in doctrinis mutandis et mutatis.

Quare autem Moḥammad eo pervenit? Nobis opus est, hic quaestionem attrahere, quam non demonstrabimus, sed probatam adhibemus ad causam mutationis intelligendam. Sprenger,[1]) qua est divina et admirabili doctrina, demonstravit, prophetam Arabum initio non nominatum esse „Moḥammadem“, sive „Aḥmadem.“ Scripsit: In allen Traditionen, welche sich auf seinen Namen beziehen, finden wir ein Schwanken zwischen Aḥmad u. Moḥammad. Die letztere Benennung gewann deswegen das Uebergewicht, weil er sie zwei oder drei Jahre früher adoptirte als die erstere ...... Im Vorbeigehen sei hier bemerkt, dass Gründe vorhanden sind zu vermuthen, dass der ursprüngliche Name des arabischen Propheten Qotham war.. Die Araber ändern gerne ihren Namen. Auch er that es. Nachdem er als Religionsstifter aufgetreten war, nahm er zuerst den Namen 'Abd Allah, und in Madyna endlich den Namen Moḥammad an .... Er adoptirte den Namen Moḥammad, wie auch Aḥmad erst in Madyna .... Folgende Traditionen scheinen darzuthun, dass der Prophet selbst, und zwar erst nach oder ganz kurz vor der Flucht den Namen Moḥammad adoptirte.“ In eo tantum a Sprengero dissentimus, ut statuamus, vocem „Aḥmad“ usurpatum esse vel Meccae, cum ibi Ḳotham maximam cum Christianis consuetudinem haberet. Neque ideo nomen „Moḥammad“ posterius praevaluit,

---

docuisse, est incredibilis interpretatio et dubitatio theologorum Moslemiticorum. Commentatores putabant, „Rûḥ“ aut Korânum aut Christum aut animam (animalium) aut sanguinem et cet. intelligendum esse. Sententia, spiritum sanctum esse Christum, est profundissima et rectae doctrinae proxima. Spiritus sanctus est spiritus Jesu Christi: in quo Jesus Christus vivit, in eo etiam spiritus sanctus agit. (Confer Ibn Sa'd fol. 37; Sprenger p. 230 Bd. II). In descriptione vitae Jesu legimus. Jesu est sanctum et gloriosum nomen „Rûḥ Allah,“ spiritus Dei.

1) Sprenger, Bd. I, p. 155 ff.: Hiess der Prophet Moḥammad?

quod duobus aut tribus annis id prius sibi tribuerat, sed quod Madynae multum cum Judaeis conveniebat, et his se nomine „Moḥammad,“ quo Messiam significabant, commendare volebat.

Sed quare Qotham haec nomina sibi adscivit? Causam iam indicavimus. Et priusquam amplius hoc explicemus, locos huc referendos laudemus: Tradidit Ibn 'Abbâs: Propheta dixit. Nomen meum in Corano est idem, atque in Thora, nempe Moḥammad, et nomen meum in evangelio est Aḥmad.“ Porro Bochâry et Moslim, Bd. II, S. 437: Propheta dixit: Quinque mihi sunt nomina, ego sum Moḥammad, Aḥmad, Mâḥiy, Ḥâschir 'Aḳib.

Et ipso Christiano Waraḳa abutuntur Mohammadani, ut testimonium det, Qotham in sacra sriptura promissum esse. Legis apud Ibn Aby Schayba:[1]) Waraḳa ad eum dixit: Gaude! Gaude! Gaude! Nam ego testor, te nuntium esse, quem Jesus promisit hisce verbis: Nuntius post me veniet, cuius nomen est Aḥmad. Testor, te Aḥmad esse; testor, te Moḥammad esse; testor te nuntium Dei esse.“

Et ipse Qotham postulavit, ut a Jesu promissus agnosceretur. S. 61, 6: Jesus, filius Mariae dixit: O filii Israelis, sum legatus Dei ad vos, ut annuntiem vobis nuntium, qui post me veniet, cuius nomen Aḥmad est. S. 48, 28, 29: Allah est, qui me miserit legatum suum cum directione et vera religione. Legatus est Moḥammad et asseclae eius pleni sunt ardoris contra „incredulos.“

Mirum in modum id mentem et ingenium excitare debet, quod Qotham sibi nomina „Aḥmad et Moḥammad“ adscivit et confirmavit, se sub his nominibus in vetere et novo testamento esse promissum, atque quod hoc fecit eodem tempore, quo spiritus sanctus vis divina aut angelus Gabriel factus est.

Simplicissime mihi videtur hoc posse exponi. *Quod*

1) Confer Zeitschrift d. D. M. G. XIII, 692.

Qotham loco spiritus sancti se posuit aut ponere voluit, spiritus sanctus desinit esse divina persona atque Qotham inde ab eo tempore vocatur „Aḥmad“ sive „Moḥammad.“

Mirabilis hic est regressus doctrinarum. Tertia divina persona remota, Qotham eius partes agit, eius dignitatem tuetur et opus efficit. Nulla ex alia causa spiritus sanctus reiicitur, quam quod Qotham ipse vult esse „Paracletus, „Aḥmad“. Sensim sibi dignitatem universalis prophetae arrogavit, qui totum humanum genus ad veritatem perducere possit.[1])

Sane initio nihil aliud voluit, quam Arabes revocare ad fidem in unum Deum et in iudicium supremum; Confiteri videtur fidem, quam vel Abraham amplexus erat. Deinde cum consuetudinem haberet cum Judaeis et Christianis, nominabat doctrinam suam confirmationem priorum, nihil vult docere, quam quod insit in vetere et novo testamento. Est propheta Arabum, qui populo suo pronuntiat, quae Deus per Mosem et Jesum Israelitis et Christianis aperuit. Judaeos adhortatur, ne desinant, obedire legi, nihil addant, nihil demant. Et eodem modo Christiani admonentur, ut novum testamentum magni aestiment et observent. Unicuique populo a Deo propheta datur; hunc sequantur necesse est. „Et si Judaei et Christiani suas leges sequuntur et recte agunt, parabunt sibi paradisum.“ Quin etiam aliquamdiu eo progrediebatur, ut fidem christianam orthodoxam confiteretur, doctrinam ecclesiae de Jesu Christo et spiritu sancto pronuntiaret. Sed hanc fidem deseruit, et tum suam religionem ceteris opposuit. Est propheta Arabum; sed in rebus dubiis Thorae et evangelii, Moḥammadis et Ḳorani sententia est petenda et ex horum interpretatione omnia sunt decernenda. Est ʿAḳib, quem nullus propheta sequetur; quare non comparari potest cum Jesu et Mose, nam quod postremus est propheta, omnes ei parere de-

1) Confer Muir, Volume II, p. 290 ff.

2) Contra Weil, M. d. P. p. 190.

bent, non Arabes solum. Christiani et Judaei, inter se dissentientes et se damnantes, utrique errant, cum se opponant veritati per Dei prophetam allatae. Non iam adhortatur Christianos, ut suas leges sequantur, vult ab omnibus se prophetam agnosci. Cum unus e filiis Abd al Kays, Jarûd, ad eum venisset et quaesivisset, essetne, christiana aut Moḥammedana religio praeferenda velletque Moḥammad subsidio sibi esse apud Dominum, Moḥammad respondit: „Deus te duxit ad meliorem religionem.“ Jarûd et eius socii tum sunt facti Moḥammedani.

Mohammad est universalis propheta Dei; Omnis oppositio vana est et delenda ense et igni. Mittit[1]) apostolos et legatos ad mundi imperatores regesque, ut se subiiciant[2]) novo prophetae, ut audiant verbum Dei, quod emanat ex animo et ore Moḥammadis.

Hic est finis arrogantiae Moḥammadis. Et quod sibi arrogavit, id asseclae eius auxerunt. Quid autem de eo docent? Vel quinquaginta milia annorum ante creationem mundi Deus constituit, ut Moḥammad fieret maximus propheta.[2]) Et cum in mundum venisset mundo lucem et veritatem attulit. Sane omnes prophetae sunt infallibiles in rebus omnibus, quae pertinent ad paradisum, creationem, nomina Dei, magna Dei miracula, indicia diei ultimi, statum beatorum et damnatorum. Sed[2]) (Shifâ II, 117, 119) Moḥammad *etiam infans et iuvenis*, priusquam ei munus propheticum datum sit, *infallibilis est habendus in omnibus, quae pertinent ad cognitionem Dei et eius attributorum.*

Atque cum omnes alii prophetae ad unum et suum populum mitterentur, *Moḥammad fuit is propheta, cuius missio omnibus populis prodest.* Legimus: „Kein Prophet hat einen allgemeinen Auftrag für die gesammte Menschheit ausser Muhammed!“

---

1) Errat Renan cum indicet: Il ne semble pas, que Mahomet ait rien vu au delà de l’horizon de l’Arabie, ni qu’il ait songé que sa religion pût convenir à d’autres qu’aux Arabes.

2) Confer, Dettinger l. a. p. 67.

Habes quod dicere voluerimus de voce „Aḥmad.“ Demonstravimus, Moḥammadem spiritum sanctum divinitate privasse, quod ipse voluit esse et nominari „Aḥmad“, propheta postremus, universalis, infallibilis.[1]) Quod cum Moḥammad de spiritu sancto talem regressum fecerit, opinari posumus, eum etiam de „Raḥmân“ et „Jesu Christo“ doctrinam mutasse. Quare progrediamur et nunc exponamus, quid Moḥammad posteriore tempore de „Raḥmân“ et „secunda divina persona“ docuerit.

CAPITULUM V.

Doctrina posterior de Raḥmân et Jesu Christo.

Atque commutatio, quam Raḥmân, secundus hic Deus, quem Moḥammad adorabat, subiit, duobus verbis indicari potest: „fit Allah.“ Raḥmân confunditur cum „uno Deo“, est tantum epitheton ornans unius Dei. Sed profecto tamen multa exstant, quae probent, tempus fuisse, quo Allah et Raḥmân duo erant Dei. Vel Sprenger opinatur, quamvis huic meae sententiae repugnet, in formula: „In nomine Dei, Raḥmâni clementis“ demum posteriore tempore „vocem Allah“ interpositam esse. [2]) Sane callidissime Moḥammad priora vestigia delevit, sed ex hoc ipso eius consilium apparet. Summa calliditate et prudentia ubique mentioni „Rahmân“ confessionem unius

---

4) Haec Mohammadis infallibilitas etiam ad „Imanos“ transfertur: quam ridiculam doctrinam Ibn ʿAraby (natus H 560) optime ludibrio habet:

„Staunen muss ich ob des Infallibeln, dem man sagt: Befolge, (das Gesetz)
Bring keine Häresien auf und urtheile nach der göttlichen Offenbarung.
Wie kann man meinen, der Infallible entscheide nach freier Wahl,
Mit der göttlichen Inspiration, und doch ist keine andre Bewahrheitung dafür da, als er allein.

Confer A. v. Kremer, l. a. p. 64.

2) Sprenger, Bd. II, p. 206.

Dei apposuit et adversariis urgentibus, ‚Raḥmân“ nomine proprio uti desiit.

Confer S. 25, 62: Celebratus sit Raḥmân! Adoratores Raḥmâni, qui submisse in terra ambulent.... tales adoratores accipiunt praemium perseverantiae superiores regiones. Versum 68 callide interposuit: Et qui praeter Allah nullum alium Deum invocent. Idem videmus multis in locis fieri. S. 13, 29: Misimus te ad populum... nam non credunt in Raḥmanum... Dic: Est Dominus meus, est nullus Deus praeter eum, in eo pono fiduciam meam et ad eum redeo. Cum antea negaverit, Allah esse filium, nunc idem de „Raḥmân“. Dicunt „Raḥmân sibi paravit filios. Fere coeli discinduntur..... Unus est Deus, qui omnia creavit, quae in coelo et in terra; qui est iudex die novissimo. Et aperte docet, Deum nihil aliud esse nisi Raḥman. S. 67, 29: Ille (noster Deus) est Raḥmân. In eum credimus et in eo ponimus fiduciam nostram. S. 2, 158. Non est Deus, nisi clemens Raḥmân. Sunt qui essentias praeter Allah ei comparent et eodem modo ament, atque Allah. Cum S. 20 Raḥmânum laude affecisset, v. 7 apposuit: Est nullus Deus praeter eum; in eum optima nomina possunt conferri.

Adversarii Moḥammadis hanc doctrinam perspicientes cum saepius interrogarent, qui esset Raḥmân, optime Moḥammad in Sura 17, 110 respondit: Dic eis: Nominate eum Allah sive Raḥmân; quomodocunque eum appellatis, iuste agitis, nam ad eum omnia pulchra nomina sunt apta.“ Raḥmân igitur est nihil aliud quam „pulchrum unius Dei epitheton.“ S. 51, 22: Est Allah, praeter quem nullus est Deus, est sciens remoti et praesentis, est clemens Raḥmân; v. 23 est Allah, praeter quem nullus est Deus, rex, sanctus, salus, excelsus, potens, magnaninus. Absit ab Allah, quod ei consociant! v. 24: Est Allah creator, productor, fictor. Ei sunt omnia pulchra nomina.

Cum sic aperte expositum esset, Raḥmân non secun-

dum esse Deum, sed ornans attributum Dei, saepius usurpatur epitheton ornans atque in Madynensibus Suris etiam occurrit nomen proprium in formula: „In nomine Dei, clementis Raḥmâni.“ Non iam Moḥammad timebat, ne falso hic „misericors“ alius Deus intelligeretur.

Hic est finis doctrinae de „Raḥmân. Restat, ut nunc exponamus, quid Mohammad, cum Raḥman i. e. Jesus Christus non iam Dei partes ageret, de Jesu Christo docuerit.

Ac primum quidem Jesu est *merus homo, nam utebatur humanis rebus et mortuus est.* S. 21, 8. Legatis Dei non corpus dedimus, quod cibo non carebat neque erant immortales.“ Hoc pertinet ad omnes prophetas, ergo ad Jesum quoque. S. 5, 84: Messias, filius Mariae, est solum legatus Dei; Ambo (Jesus et Maria) nutriebantur communi cibo. Quod autem Jesus edit et bibit, Deus non potuit esse. Recte sic versum Corani theologi Mohammedani exposuerunt. Confer Dschelaleddin: „Qui autem est huiusmodi, non est Deus, propter compositionem et infirmitatem suam et propter excrementa quae egrediuntur ab eo.“

Mortuus est autem Jesus, qui S. 18, 110 confitetur: „Sum homo, ut vos“ naturali modo. Crucifixionem hoc tempore multo magis ideo negabat, quod protestabatur contra doctrinam de redemtione per Jesum factam.[1]) Cum omnes prophetae sint mortales, oportet Jesum quoque mori, si nihil aliud est nisi propheta et homo. Legis S. 19, 32 (Jesus loquitur) Celebratus sit dies nativitatis meae et celebratus dies erit mortis et celebratus dies, quo e pulvere reviviscam. S. 5, 126. Die novissimo dicit Jesus ad Deum: Postquam me fecisti mori, tu hominum custos factus es. S. 23, 52. Eos tulimus ad excelsum locum, ubi beatam quietem et fontes aquarum inveniunt.“ Mohammedani theologi hac de quaes-

1) Assentimur Dettingero, qui hanc quaestionem argute et recte videtur exposuisse. Confer l. a. p. 43—45.

tione valde inter se dissentiunt. Docent, Jesum, dum alius eius loco cruci adfigitur, naturali modo mortuum esse et tres aut septem horas tali in mortis statu fuisse, tum a Deo suscitatum et in coelum aut locum excelsum sublatum." Alii aliter fabulati suut. Ex his Jesus non est mortuus, sed in coelum elatus; quondam reveniet in terram, cum appropinquent finis mundi et dies iudicii; in terra quadraginta annos aut viginti quattuor vivet, Moḥammadis religionem confitebitur, cum Antichristo proelio contendet, omnes alias religiones delebit, liberos gignet, morietur, a Moḥammedanis deplorabitur et prope Mohammadem sepelietur: Sed sufficiat! Quomodocunque res se habet, Jesus, quod est homo, eodem modo moritur, quo omnes homines.

Atque quod Jesus est homo mortalis, nihil potest esse nisi „*servus*" *Dei.* S. 43, 58: Erat nihil nisi servus Dei. 4, 170 Messiam non pudebit, quod est servus Dei. Et Christus multis locis confirmat: Sum servus Dei. S. 5, 81: Messias ipse dixit: O filii Israelis, servite Allah, Domino meo et vestro, nam si quis praeter eum alium adorat, ei occludit paradisum et eius domicilium erit Gehenna ...... Nihil aliud vobis dixi quam: Honorate Deum, Dominum meum et vestrum. S. 19, 91: Infans in cunis coepit loqui: Servus sum Dei et mihi dedit scripturam et me elegit prophetam."

Quod si Jesus est servus Dei, profecto non iam est filius eius. Confer S. 19, 34. 19, 91. 6, 101. Nam Deo est indignum, habere filium e femina genitum. Deus neque filium neque uxorem habet. (S. 72, 3.) Et absurdum est, hoc statuere. (S. 19, 81.) S. 19, 87: Dicunt: misericordem genuisse filium: dictum portentuosum! neque multum abest, quin coeli discindantur et terra diffindatur et montes corruant, quod misericordi Deo liberos adscribant, quem non decet, liberos gignere. Nemo in coelo et in terra ad misericordem appropinquare se debet, quin velit esse eius servus. S. 2, 117: Dicunt:

Allah filium genuit. Laus sit ei: Eius omnia sunt quae in coelo et in terra. Omnes res ei plane sunt subditae. Et quod omnia ei parent, non eget filio adiutore. S. 10, 67: Dicunt: Allah genuit filium.. Absit opinio, eum habere filium! Quae sunt in coelo et in terra, eius sunt; etiam satis potens est Allah dominator. S. 17, 110: Laus sit Allah, qui neque filium genuit, neque adiutorem habeat ab imbecillitatem. S. 25, 1. Celebratus sit.. qui regnat in coelo et in terra, qui nunquam adiutorem in regno habuit, creator omnium rerum."

Atque cum Jesus non sit filius Dei, etiam non est Deus. Mentiuntur ei, qui dicant, Jesum filium Mariae esse Deum; quaere ab eis, quis vim habeat in Deum, si velit Christum et eius matrem et omnes incolas terrae delere? (S. 5, 19) Quod igitur Jesus a Deo potest deleri, non est Deus, qui solus immortalitatem habet. Et ipse Jesus die novissimo se iustificare debet et confirmare, se non voluisse, se adorari Deum: „Certo die Deus legatos convocabit ... et dicet: O tu, fili Mariae, recordare gratiam meam erga te, dixistine unquam ad homines: Accipite praeter Deum etiam me et matrem meam Deos? Respondebit: Praedicatio et laus tantum tibi; non me decet dicere aliquid, quod vero repugnat; si dixissem, tu scires; nam scis, quae in me sunt, neque ego, quae in te. Nihil aliud eis dixi, quam quod mihi imperasti: „Colite Deum, Dominum meum et vestrum."

Cum Jesus esset coram maximo pontifice in curia iudiciali, verbis sollemnibus testatus est, se esse filium Dei vivi. Mohammad sollemni die resurrectionis et iudicii supremi Jesum fingit contraria dicentem.

Negatur autem divinitas Jesu, ut negatur divinitas spiritus sancti — quod Deus est unus. Trinitatis doctrina est scelesta. S. 112 Dic: Deus est unicus et aeternus Deus; non gignit neque gignitur; nemo ei par est. 23, 119: Qui praeter verum Deum alium Deum invocat... is agit absurde. Nolite dicere, „Deum esse tertium. 4

169; Nolite dicere: Sunt tres (Dei)! Abiicite hoc, melius erit vobis. Allah unus est. S. 5. 82: Increduli sunt qui dicant, Allah esse tertium e tribus („unum e tribus“ exponunt commentarii); est nullus Allah nisi unus; nisi desistant sic loqui, hi increduli magna poena afficientur.

Sed quid? Moḥammad nonne longe aliam trinitatem cognovit et reiecit? Maria nonne est tertia divina persona? Loci, qui huc spectant, sunt: S. 5, 125: O Jesu, fili Mariae, num unquam ad homines dixisti: Sumite me et matrem meam duos Deos praeter Deum? Et addidit ad Suram 5, 82 (Deus non est tertius e tribus) Dscheladdin: alii sunt Jesus et eius mater. Ex his verbis Moḥammad putasse videtur, trinitatem divinam, quales docerent Christiani, compositam esse e patre, filio, Maria (matre.)

Sed cum demonstraverimus, Moḥammadem Jesu Christo et spiritui sancto divinitatem antea tribuisse, deinde abiudicase, necesse est, eum scivisse, e quibus personis trinitas constaret. Consilio igitur oportet eum falsam doctrinam de trinitate nuntiasse. Cum illud mysterium abiiceret, quod aliquamdiu amplexus erat, se ipsum et quos fallebat, quasi munire et corroborare voluit, ut animus ab hac doctrina abhorreret, eo ut absurdam doctrinam in medium proferret. Haec absurda theoria sedavit concientiam. Et suo iure hoc statuere sibi videbatur. Nam Maria partim ab orthodoxis summis honoribus afficiebatur cum et a Cyrillo supplementum sacrosanctae trinitatis nominaretur et ab omnibus Christianis Orientis nomine „Dominae“ ornaretur et „θεοτοκος“ honoraretur, partim a secta quadam vel Dea culta esse dicitur.[1]) Sic Moḥammad facile fraudulenter Christianos accusare poterat, quod Mariam tertiam trinitatis personam adorarent. Par est haec accusatio illi, qua Judaeos damnavit, quod Esram Deum haberent et adorarent; aut Christianos, quod monachos et pontifices praeter Deum Deos colerent. (S. 3, 63. 9, 32.)

1) Confer Dettinger, l. a. p. 30—31.

Quae his doctrinis Mohammad Jesu Christo dempsit, sipi ipsi tribuit. *Mohammad*, ut Jesus, *est sine peccato.* Initio sane ipse confessus erat, se in errore fuisse (S. 93, 7); sed postea contendit, Deum sibi cor aperuisse. Propheta ludebat et venit Gabriel, eum arripuit et ventrem incidit et extulit massam sanguinis et abiecit dicens: „haec est pars diaboli", tum lavit interiora Zamzam-aquâ, quae erat in aurea aquali et corpus conglutinavit." [1])

Hinc sequitur, *ut doctrina eius*, qui ipse est sine peccato, *asseclas reddat puros et Deo gratos.* De se potest dicere, S. 6, 161 f.: Me Dominus in rectam viam deduxit, ad veram religionem . . . Profecto preces meae, servitium meum, *vita mea et mors mea* sunt Deo, Domino mundorum, sancta. Revelatio Mohammadis affert salutem, ipsa potest nominari salus, forkân. (S. 8, 29. 3, 2. 25, 1.)[2]) Quin etiam *peccatum Adami per Mohammadem deletur*, damnum inde factum Mohammedana ecclesia reperatur et resarcitur. Sic multis locis a theologis et mysticis Mohammedanis res exponitur. [3])

Denique *Mohammad die novissimo est intercessor.* Nobis traditum est, Mohammadem dixisse: unicuique prophetae unum rogatum praebitum est; ego autem meam differo usque ad diem novissimum, ut coram Deo pro populo meo possim esse intercessor." Iuvabit audivisse sententiam Sein Ed-Dini Ibn Al-Vardi: [4]) Deus imperabit angelis Gabrieli, Michaëli, Israfili. — Descendite ad tumulum nuntii mei, carissimi mei apostoli, Mohamma-

1) Sprenger, Bd. I, p. 168.

2) Geiger: Was empfing M. aus dem Judenthum? p. 56.

3) Tholuck, l. a. p. 264.

Willkommen, Adam ruft, du Herzensfreude!
Wie lang schon trag ich deinethalben Leide!
Nun bitte Gott, dass er Dein Volk mit Segen
Mir auf mein Herz als Pflaster wolle legen.

4) De rebus die resurrectionis venturis. Margarita Mirabilium Sein Ed-Dini Ibn Al-Vardi. Dissertatio quam scripsit Siegfr. Freund. p. 34 ff.

dis, excitate eum e somno, et dicite ei: Adveni ad perfectionem tuae maiestatis. p. 37 .... Et aliis dicent: Venite ad Adamum et rogate eum, ut apud Deum pro nobis deprecetur, ut qui participes Paradisi sint, iubeantur in Paradisum venire, et qui Gehennae participes sint in Gehennam. Veniunt igitur ad Adamum dicentque ei: O Adame, longus est status et magnus luctus, deprecare pro nobis apud Dominum.. Adam autem vitia sua enumerans dicet: Quid est quod deprecer, decedite ad alium.. Abraham dicet: Ite ad Jesum, filium virginis! Hic autem dicet: Qui ego intercedam quem Christiani ut alterum Deum coluerint, cum ego nihil essem, quam servus Dei! *Ducam vos ad summum deprecatorem, ite ad Abu'l-Kasem Mohammadem, supremum Prophetarum, summum Apostolorum.* [1])

Jamiam dissertationis nostrae quaestio summa est absoluta. Exposuimus id quod Moḥammad de „Raḥmân et Aḥmad" et quae cum his coniungenda sunt, docuit. In mentem breviter revoca, quod demonstravimus.

Moḥammad secundum Deum, Jesum Christum, sub nomine Raḥmân adoravit et in eum credidit. Moḥammad aliquamdi spiritum sanctum veram divinam personam agnovit et praedicavit. Deinde autem quod Qotham loco spiritus sancti se posuit aut ponere voluit spiritus sanctus desinit esse persona divina et per varias mutationes conversus est in angelum Gabrielem. Qotham autem ab inde eo tempore nomen sibi arrogavit „Aḥmad et Moḥammad", nomina promissi Messiae et spiritus sancti. Qotham sensim „Aḥmad" factus est, propheta postremus, universalis, infallibilis. Atque eodem tempore quo spiritui sancto divinitas abiudicatur, Raḥmân commutatur in unum Deum „Allah" et Jesus Christus fit merus homo, qui habet scelus, si adoratur Deus, sive Dei filius. Qotham autem verus Moḥammad tunc factus est, Messias totius mundi, sanctus, reconciliator, auctor misericordiae et summus intercessor die iudicii.[2])

1) Confer. A. v. Kremer, p. 153.

2) Tübinger Ztschrft. für Theol. 1831. p. 67: Im Pend. Namêh

Admirabilis hic est progressus aut regressus, doctrinarum, quas Moḥammad in medium protulit. Quomodo autem nobis hunc regressum volumus explicare, exponere, quare Moḥammad longe aliter initio de Jesu Christo et spiritu sancto docuerit atque posteriore tempore: quomodo factum sit, ut sensim sibi nomen et dignitatem summi prophetae tribueret?

CAPITULUM VII.

Judicium de Moḥammadis doctrinarum et vitae ratione et exitu.

Existit quaestio, quid iudicandum sit de Muhammade. Sic iudicat Noeldeke: „Muhammed ist *ein echter Prophet.* Muhammed hatte zwei Fehler .... Fast gänzlicher Mangel des logischen Abstractionsvermögens Muhammed hatte nicht den festen und zarten Sinn für das Gute und Böse, der allein den, der auf der Menschheit Höhen wandelt, vor den bedenklichsten Fehltritten hüten kann... Dennoch bleibt Muhammed im Allgemeinen ein *edler Character mit erhabenen Zwecken, und seine Fehler sind mehr der zu wenig ausgebildeten Denk- und Urtheilskraft als dem Herzen* zur Last zu legen.

Sententiam Noeldekii, Muhammadem verum esse prophetam, Sprenger optime reiecit, cum scriberet[1]: „In Deutschland hat man das Wort Prophet aller Bedeutung beraubt und drum behauptet, er sei ein Prophet gewesen. Wenn man das Wort Haus oder Berg demselben Process unterwirft, kann man mit eben so vielem Recht sagen, Mohammed war ein Haus oder Berg. Et quod

---

findet sich ein Gedicht zum Preise Muhammeds, in welchem er unter anderm heisst: „le prince du monde présent et du monde futur;" la creation de ce prophète a été le salut de l'univers.

Confer.: Die Verehrung der XII Imâme bei den Schiiten, von Professor Dr. Haneberg. Z. d. D. M. G. II, p. 81.

1) Sprenger, l. a. Bd. I, p. IX—X.

attinet ad vitia Moḥammadis, audiamus eius admiratorem Weilium: „In Medina, wo er nicht mehr leidend, sondern handelnd auftritt, stempeln ihn seine Satzungen nicht minder als seine Thaten, zu einem schwachen, leidenschaftlichen, inconsequenten, zwar schlauen, doch häufig kurzsichtigen Menschen und Gesetzgeber. Die Einen begnadigt er, weil er Abd Allah fürchtet, die Andern lässt er im Namen Gottes niedermetzeln. Heute beschränkt er die Polygamie, morgen überschreitet er selbst die im Namen Gottes gesetzten Schranken. Kein Mittel war ihm zu schlecht, um sich eines Feindes zu entledigen, oder unter seinen Widersachern Zwietracht zu stiften.

Porro negamus, Moḥammadis vitia excusari posse ratione male exculta. Nam, ut fuerit mens crassa, nonne facinora emanant ex animo? Mens fuit servus animi, cor regit hominem cogitantem et agentem. Qui diu noctuque cum Deo consuetudinem habere sibi videatur et vitiorum plenus sit — aperte religione abutitur, ut animi libidinibus serviat.

Perveniamus ad sententiam Muiri. Contendit, animum Moḥammadis veri fuisse cupidissimum, ut, si meliora audivisset, gaudio summo sanam doctrinam orthodoxam confessus esset. Scripsit.[2]) Had he witnessed a purer exhibition of its rites and doctrines, and seen more reforming and regenerating influences, we cannot doubt but that, in the sincerity of his early search after the truth, he would readily have embraced and faithfully adhered to the faith of Jesus. Lamentable indeed, it is that the ecclesiastics and monks of Syria showed to the earnest enquirer so small a portion of the fair form of Christianity; and that little, how altered and distorted! The worship of Mary was exhibited in so gross a form as to leave the impression upon the mind of Mahomet that she was held to be a god, if not the third Person

1) Weil, l. a. p. 395, 396.

2) Muir, l. a. volume II, p. 19.

and the consort of Deity. *It was by such blasphemous extravagancies that Mahomet was repelled from the true doctrine of Jesus as „the Son of God.“* Repugnat sibi ipsi Muir alio loco scribens: *„Light was at hand; but Mahomet preferred darkness.* He choose to walk in the glimmerings of his own fire, and in the sparks which he had kindled.“ Jesus was from „above“ and used heavenly weapons; Mahomet of the earth and leaned upon earthly means. Islam is human, Chritianity divine. He[1]) was delivered over to the judicial blindness of a self-deceived heart; that *having voluntarily shut his eyes against the light, he was leaft miserably to grope in the darkness of his own choosing.*

Lux igitur aderat, Moḥammad autem rejecit; cor eius se ipsum fallens a Deo tenebris obruitur. Cur autem et quomodo Moḥammad lucem reiecerit, ignorat Muir, nam „Influence of Satan is considered as a possible explanation of Mahomets belief in his own inspiration“. Assuredly, Mahomet himself lived under the deep and constant conviction of the personality of Satan and his angels, and of his own exposure to their influence. If Mahomet was acted on by a supernatural guidance, his course at Medîna proves it to have been from *an evil source.* May not Satan have beguiled the heart in the habitude of an Angel of light?

Recte opponit Sprenger:[3]) „Wie die Geologen mit den uns bekannten Naturkräften ausreichen, die Revolutionen unseres Planeten zu erklären, so glaube ich auch, lässt sich der Ursprung des Islâms aaf eine ganz natürliche Weise erklären, und wir brauchen weder dem Teufel einen Einfluss darauf zuzuschreiben, noch andern Kräften, die in unserer Zeit zu wirken aufgehört hätten. „Sed quae est sententia Sprengeri? Moḥammad litt an einer

1) Muir, l. a. volume II, p. 317.
2) Muir l. a. p. 320.
3) Sprenger, Bd. I, p. X.

Krankheit, welche in jener ausgeprägten Form, wie bei ihm, in unsern Gegenden bisweilen bei Frauen, aber selten bei Männern vorkommt. (Hysteria mascularis.) Sie trat wie gewöhnlich, in Paroxysmen auf ..... Zugleich litt er auch an Kopfschmerzen (Hysteria cephalica), und wenn die Paroxysmen sehr heftig waren, erfolgte Katalepsie: er fiel wie betrunken zu Boden, sein Gesicht wurde roth, der Athem schwer, und er schnarchte „wie ein Kameel." In seiner Jugend soll er ein moralisches Leben geführt haben — freilich ist er vom Verdachte nicht frei, sich dem nach Gen. 38, 9 benannten Laster hingegeben zu haben. In seinem Alter aber zeichnete er sich durch unersättlichen Hang zur Wollust aus. Sein Lebenswandel skandalisirte die Gläubigen, und es war nöthig, dass ihm Gott eine Offenbarung sandte und ihm in dieser Beziehung grössere Freiheiten als gewöhnlichen Menschen zugestand. Ungeachtet des Aergernisses fuhr er bis zu seinem Lebensende fort, seinen Harem zu vermehren, und da er sich sonst grosse Opfer auferlegte, um wie ein Mann Gottes zu erscheinen, so ist vorauszusetzen, dass sein Hang zur Sinnlichkeit unwiderstehlich gewesen und er an impotentem Satyriasmus gelitten habe .... Hysterische haben alle mehr oder weniger Anlage zur Lüge und zum Betrug und dieser Hang wird mit der Dauer dieses Uebels endlich zur wahren Krankheit. Es gab eine Epoche in dem Leben des Mohammad, in der er an Hallucinationen des Gehörs und des Gesichts litt und sich für besessen hielt .... Mohammad verdankt seinen pathologischen Zuständen seine welt-historische Bedeutung." Eodem modo iudicat Morley in Monthly Review of Litterature, Science and Art, London 1836, p. 591: Mohammads fits, his mania, and his intervals of insanity, contain the key to his actions.

Sprenger igitur omnia statuit emanare ex aegroto corpore. Sed haec theoria, e qua scelesti homines et

1) Bd. I, p. 207 ff.

qui veritatem reiiciant, semper sunt portandi eo, ubi continentur mente capti et aegroti, abhorret a sana psychologia. Sane Moḥammad aegrotus fuit, sed ea re non coactus est, ut verum pro falso haberet, cognitam veritatem reiiceret, scelera crudelissima perpetraret, ut esset über „alle Skrupeln hinaus"; ut mentiretur et fraudulenter ageret, libidinibus atque cupiditatibus serviret obscoenis.

Reiectis aliorum sententiis, iamiam meam in medium proferam.

Atque Moḥammad initio voci conscientiae obedivit. Erat animi fervidi, libenter recipiens bona et pulchra et gaudens operibus Dei, revelationibus Dei variis in natura. In deserto aliquamdiu educatur, in urbe manet simplex.

Mens eius religiosa valde augetur, cum pastor ad Meccam noctu diuque coelum serenum et astra splendida super se videat. Erat quasi alter David, patris oves pascens. A Deo vocabatur in Dei castra; religio sana debebat esse eius lapis, quo populum suum ab hostibus, deis Polytheismi eorumque vitiis, liberaret. Deus pugnatorem suum armis et telis ornaverat per multos annos educans ad puriorem doctrinam et veram fidem. Judaei quibuscum consuetudinem habebat, eum docuerant, Deum unum esse et Deos paganorum vanas esse cogitationes et offensiones veri Dei. Et Moḥammad hanc in unum Deum fidem praedicabat, fidem Abrahae populo suo nuntiabat. Atque monachi Christiani narrabant ei aliquid de doctrina christiana, tradebant varias historias de Jesu Christo. Et in Syria et urbibus Arabiae videbat cultum magnificum, qui animum et ingenium attrahebat et sacro horrore afficiebat. Neque abhorrebat ab hac doctrina. Plurimi aestimat monachos, pios nominat et homines bonos. Et cum profugi ex Abessynia venissent et orthodoxam doctrinam, qualis tunc in sacerdotum et laicorum corde et confessione erat, paene plane exposuissent, Moḥammad, partim motus gratitudine Aethiopum, qui more

Christianorum exsules clementissime exceperant, partim, idque multo magis, impulsus vi veritatis, sanam doctrinam christianam amplexus est. Recte docebat de Jesu Christo et spiritu sancto; Deum „Raḥmanum“ in templo Meccano voce et corde invocabat. Erat Christianus et fieri poterat, ut sensim etiam profundius Jesu doctrinam cognosceret atque pro fide in salvatorem mundi sanguinem funderet, ut hodie „sanctum Moḥammadem“ honoraremus.

Sed libido carnis et superbia vicerunt fidem sanam et consscientiam. Superbia religiosa saepius, ut historia ecclesiae[1]) docet, soror est libidinis. Talis tum est utriusque vitii ratio, ut initio libidinosa voluptas nusquam appareat nisi in verbis, quae cordis interiores motus et occulta peccata revelent, dum regnandi cupiditas satiata sit Necesse est, libidines coërceantur, si haec crescere vult et hanc crescere oportet, ut postea carnis voluptas satiari possit. Ubi autem vis et auctoritas petita accepta est, iamiam quod antea in corde latebat, in lucem prodit; effrenata libido et immodica voluptas tum nullos respiciunt fines; imperium omnia affert, quae libidinibus possint servire. Haec pertinent etiam ad Moḥammadem. Voluptas carnis et regnandi cupiditas eum impellebant, ut veritatem cognitam et agnotam desereret et Deum sibi faceret suum et se prophetam mundi et salvatorem praeberet. Noluit fieri „sanctus Moḥammad.“ Cum eius fides igne aerumnarum probari deberet, defecit. Fides ab eo praedicata contemnebatur, Meccae obire videbatur periculum mortis, si pergebat praedicare christianam doctrinam, et mundus promittebat dona mundi. Religio austera christiana nihil promittere videbatur nisi dedecus Jesu Christi; religio mundana autem satiare poterat carnem, quae semel audita, semper audacius inveheret. Et caro vicit. Etiam Meccae Moḥammad fuit libidinosissimus.

Sane complures caussae erant, cur Moḥammad

1) Kurtz, Lehrb. d. Kirchengesch., S. 51.

Meccae non aperte libidinibus se dare posset. Interdum Mohammad alio modo carnem satiabat. Maximi est momenti, quod Mohammad coloribus variis coelestas illas puellas, quibus beati in coelis perfruuntur, describebat, quamdiu Meccae vivebat [1]). Si revera eius cor purum fuisset et abhorrens a carnis voluptatibus, nunquam tam splendide et quasi furore divino impulsus „puellarum castarum" formas et pulchritudines illustrasset. Et ubi Meccam reliquit et Madynae eius res mirum quantum creverunt, ut pecus solum carnis incitamenta sequitur. Neque obsistebat religio. Nam Meccae Mohammad, ut libidinibus servire posset, fidem in salvatorem Jesum Christum et in sanctificatorem, spiritum sanctum, ratione et consilio deseruerat Non iam imminebant austerae et severae leges et mores Christianitatis; verba Jesu tantum ad Judaeos pertinebant. Mohammad sibi ipsi est lex. Quid Mohammadi vetari potest, cui Deus ipse revelationibus immodicam carnis voluptatem permittat, cui Deus cor purificavit, ut esset verus propheta et legislator absolutus? Hic est contextus rerum! Talis est ratio, quae intercedat inter Mohammadis doctrinas atque cupiditates cordis. Atque hoc cor semper longius se removit a veritate et prophetam Arabum hostem fecit Christianitatis. Verbis acerbissimis condemnat Christianos et in humillimum servitutis statum eos redigi iubet. Postremo paullum ante mortem exsecratur Judaeos et Christianos [2]).

Diris exsecrationibus Mohammad decessit. Eo eum

1) It is very remarkable that the notices in the Coran of this voluptuous Paradise are almost entirely confined to a time when, whatever the tendency of his desires, Mahomet was living chaste et temperate with a single wife of threescore years of age." Muir l. a. II. 143.

2) Muir, Volume IV, p. 212. 270: Thus, whit threats of abasement (condemnation to a perpetual vassallage) and with bitter curses, Mahomet parted finally from the Jews and Christian . . . . He stopped and covered himself with the bedclothes; then casting them off in the restlessness, and perhaps delirium, of the fever, he

libido et superbia tulerant. Consilio et ratione per multos annos se fallere conabatur et alios fallebat, ut satiare posset insatiabilem carnem. Utrum Moḥammad postremo mendaciis suis ipse fidem habuerit, a Deo offirmatus et coecitati traditus, quod lucem voluntate et consilio aspernatus erat, an ad diem ultimum vitae aperte suos mendaciis fefellerit neque ipse crediderit [1], neque negamus neque contendimus.

Moḥammad decessit; opus eius mansit. Quid de eo iudicamus?

CAPITULUM VIII.

Judicium de Moḥammadanismo.

Hoc est Noeldekii iudicium: „Die wenigen wahren Fortschritte, welche der Islâm manchen Völkern gebracht hat, wie Aufhebung des Götzendienstes und Abschaffung barbarischer Sitten, können dagegen nicht in Anschlag kommen. Der Islâm vermag gesunkene Völker nur noch zum Fanatismus zu entflammen; einer wirklich geistigen und sittlichen Erhebung wird er immer im Wege stehen." Hoc iudicium est severissimum et iniustum, cui historia repugnet.

Aliter sonat opinio Weilii: Die Lehre von Gott und der höheren Bestimmung des Menschen, welche Mohammed über ein Land verbreitete, das dem gröbsten Götzendienst ergeben war, und das kaum eine Ahnung von der Unsterblichkeit der Seele hatte, muss uns daher schon trotz aller seiner Schwächen und Mängel, um so eher mit ihm aussöhnen, da sein eigenes Leben keinen nach-

---

said: The Lord destroy the Jews and Christians! (Some authorities omit the Christians from this tradition.)

1) Noeldeke scripsit (Einleitung in d. Q. p. 4): Zu hart urtheilt Rénan über ihn in der K. d. d. Mondes XXI, 15, wenn er behauptet, Muhammed habe überhaupt nicht an seine Offenbarungen geglaubt."

theiligen Einfluss auf die Bekenner seines Glaubens üben konnte . . ., so mag er doch, insofern er die schönsten Lehren des alten und neuen Testaments unter ein Volk verpflanzte, das von keinem Sonnenstrahl des Glaubens erleuchtet war, auch in den Augen der Nicht-Mohammedaner als „Gesandter Gottes angesehen werden."

Multi insunt in his verbis errores. Arabiam radiis fidei non collustratam esse, falsum est; nam doctrina christiana per totam Arabiam divulgata erat, praeterea multi Arabes fidem in unum Deum confitebantur. Porro errat Weil, cum statuat, Moḥammadis vitam non male pertinuisse ad confessores Islamismi. Exposuimus, quantum damni sanae Moḥammadis doctrinae eius libidinibus acciperent. Moḥammadis vita plurimum valuit ad eius doctrinas. Qui igitur doctrinas Moḥammadis confitentur, eo ipso vim vitae prophetae experiuntur eoque modo agunt. Denique pulcherrimae doctrinae profecto desunt Moḥammadanismo.

Veniamus ad Muiri sententiam, qui per multos annos in India versans et publico munere fungens vim et essentiam Islamismi perspicere potuit. Scripsit [1]: Polygamy, Divorce and Slavery are maintained and perpetuated, Freedom of judgment in religion is annihilated, toleration is unknown, a barrier has been interposed against the reception of Christianity. *They labour under a misérable delusion who suppose that Mahometanisme paves the way for a purer faith.* Idolatrous Arabia might have been aroused to spiritual life, and to the adoption of the faith of Jesus; Mahometan Arabia is, to the human eye, sealed against the benign influences of the Gospel. Many a flourishing land in Africa and in Asia which once rejoiced in the light and liberty of Christianity, is now overspred by gross darkness. It is as if their day of grace had come and gone, and there remained to them „no more sacrifice for sins."

1) Muir, Volume IV, p. 321—322.

The sword of Mahomet, and the Coran, are the most fatal enemies of Civilization, Liberty and Truth, which the world has yet known."

Habes verba Muiri: Et ego „labour under a miserable delusion," cum credam, „that Mahometanisme paves the way for a purer faith" Ut hoc probemus, nunc nostrum iudicium de Muḥammadamismo in medium proferamus et exponamus, quae desint Moḥammadanismo atque quomodo „Paedagogus" sit ad „puriorem fidem."

Vidimus, Muḥammadem, motum caussis scelestis, fidem in filium et spiritum sanctum negasse. Quid autem neganti sanctam trinitatem revera deest?

Homo cogitans, qui vult se unire cum absoluto, quod est necessarium supplementum finiti, in se aliquid invenit et extra se, quo secernitur ab absoluto. Impedimentum obstat, quominus veniat ad Deum, et a divina parte et a sua ipsius. Absolutum non capax est finiti, quod negat perfectum; atque finitum non est capax infiniti, quod negat imperfectum, pravum. Hoc impedimentum e via remotum est obiective per Jesum Christum et subjective in Jesu Christo. In eo absolutum capax factum est finiti, quod finitum in eo perfectum erat. Qui particeps fit spiritus ab hac in Jesu objective semel et subjective primum facta unione finiti cum infinito emanantis, is subjective sibi ipsi parat unionem „ab cogitante homine" postulatam, abiiciendo peccatum (poenitentia) et amplectendo Deum. (fide.) Sic homo „sentiens" placatur, quod se sentiens finitum, qui peccato a Deo secernitur, ad Deum absolutum revertitur impulsus amore Dei apparente in Jesu Christo, qui primus se praebuerit Dominum peccati et caduci cuiusque spiritu denuo nati et corroborati a servitute finiti, peccati et mundi nos liberamus atque nos filios liberos Dei, patris amantis, sentimus. Nisi quis per talem redemtionem amorem patris sentit, nunquam cognoscit Deum, qui est amor. Amor fert amorem. Existit amor erga Deum et

omnes homines, qui eiusdem redemtionis et amoris participes sint. Homo „volens" sic se cum Deo amore uniens, habet in se spiritum unionis, spiritum sanctum, qui est vis sanctificationis in homine. Homo vult, se similem fieri absoluto, ut ipsum absolutum in se, finito, habeat domicilium. Crescit sic interior homo, dum perfectus sit. Et hic interior status operibus, quae digna sint absoluto, se aperiat necesse est. Christianitas est igitur absoluta religio, cum hominem cogitantem, sentientem, volentem placet, redemtionem, amorem, sanctitatem afferens.

Desunt Moḥammadanismo redemtio, amor, sanctitas, cum desint salvator, Deus pater, spiritus sanctus. In eum locum substituta sunt Fatalismus, Carnalismus, Fanatismus. Moḥammadanismus ignorat redemtionem in Raḥmâno factam; neque cognoscit, quale obstaculum sit inter Deum et hominem, neque intelligit, quomodo absolutus Deus cum finito homine uniatur. Non est Dei filius Moḥammadanus, sed homo cogitans solum Dei servum se cognoscit; e voluntate Dei absoluti dependet, damnatur aut beatur. Servi est, se, finitum, omni modo absoluto subiicere (Fatalismus). Et cum Deus se non amorem aperiat [1]), cor Moḥammadani non est refertum amore Dei, sed in eum credit et se subiicit, et quod necessitas id postulat et ut accipiat, quae cor cupit. In loco amoris finiti erga absolutum est amor finiti, mundi, carnalismus. In Corano voluptas finiti, libido carnis praebetur, quasi supplementum ad id, quod deest in possessione absoluti. Non amor Dei Moḥammadanos reddit felices, sed voluptas carnis, quae affertur per Deum, in quem credunt. Huius unius rei causa omnia libenter praetermittit. Non id agit, ut in se sibi paret quietem unionis cum absoluto et pacem, sed ut extra se assequatur quod Christianus amore Dei in se habet. Non interior homo crescit, se sanctificando absoluto similem cupiens reddere et hanc

1) Theol. Studien und Kritiken, 1841, p. 240.

similitudinem praebens, sed cum in se non terminum aspiciat, externa tantum cognoscit opera, quibus externus terminus appetitur. Loco sanctificationis est fanatismus, saeva agendi cupidio quaerens beatitudinem. Excellit Moḥammadanus multis „bonis operibus," sed in omnibus principium agendi non est libera voluntas hominis se sanctificantis et sanctificati, sed iussum prophetae, quod qui efficiunt, magnum praemium, coelum et feminas, assequuntur. Christianus appetit Deum; regnant igitur in eo amor et sanctitas. Moḥammadanus appetit beatitudinem carnis; regnat in eo carnalismus, qui incitat ad fanatismum [1]).

Habes quae desunt Moḥammadanismo. Nunc exponamus, quomodo sit paedagogus in Jesum Christum.

Atque bene Kurtzius: „Seine zunächst in die Augen fallende Aufgabe war die des Gerichts über das entartete Staats- und Kirchenthum des Orients. Aber er muss daneben auch eine positive Aufgabe gehabt haben. Diese suchen wir in seiner Stellung zum Heidenthum. Vernichtung des Götzendienstes hielt er selbst für seine Hauptaufgabe. Der Islam hat eine Masse roher Völker in Asien und Afrika vom unsinnigsten und sittenlosesten Götzendienst zur Verehrung eines Gottes bekehrt und sie auf eine gewisse Stufe der Cultur und Gesittung gehoben, die zu ersteigen sie an sich unfähig gewesen wären [2])." Sed confitentur Moḥammadis religionem non solum nationes in infimo statu fidei versantes, sed etiam nobiles populi et ingeniosi, ut Indi, Persae, Turcae [3]). Quid ad hos Moḥammadanismus pertinet et omnino ad

---

1)

Cogitare.	Sentire.	Velle.
Redemtio.	Amor.	Sanctificatio.
Fatalismus.	Carnalismus.	Fanatismus.
Desperatio.	Mysticismus.	Indifferentismus.

2) Similia attulit Neander: Allgemeine Geschichte der christlichen Religion und Kirche, Bd. 3, p. 174.

3) Contra Barthelemy Saint-Hilaire, l. a. p. XXII. L'Islam n'a séduit que des races inférieures."

omnes, qui nobiliore ingenio praediti et litteris exculti sint?

Abrahamo duo erant filii, unus natus ex ancilla, alter ex uxore. Puer ancillae, Ismael, ob Isaacum e patris sede et domo expulsus non tamen caret sollemnibus precibus. (1. Mos. 21, 13.) „Et filium ancillae faciam gentem magnam, quia semen tuum est.“ Et Deus fuit cum puero. Ismael, ut Isaacus, populus factus est. Ut autem sacra scriptura ad semen Abrahami non solum refert Judaeos, sed omnes qui Abrahae fidem habent, sic ad Ismaelis non solum Arabes sunt referendi, sed omnes qui Mohammadis fidem confitentur. Filius servae servit filio unigenito, Mohammad Jesu. Nam honores tribuuntur Jesu, adoratur thaumaturgus, plenus amoris et clementiae. Filius Mariae est venerabilis persona. In Corano inest levis notitia eius doctrinae, quae vere quaerentes ad fontem ipsum veritatis perducere possit [1]). Deinde cum fatalismi, carnalismi, fanatismi labores et voluptates probent, doctrinis rationalismi ab Judaeis et Christianis collatis et cum sententiis libidinum mixtis, animi pacem non posse parari,

1) Levem christianitatis notitiam e Corano disci posse, apparet e Mohammadis „Gülschen Ras.“ (a. 1339.)

„Weisst Du, was das Christenthum? Ich will es Dir sagen:
Gräbt die eigne Ichheit aus, will zu Gott Dich tragen,
Deine Seel' ein Kloster ist, drin die Einheit wohnet,
Ein Jerusalem Du bist, da der Ewge thronet.
Heilger Geist dies Wunder thut, denn im heilgen Geiste,
Wisse! Gottes Wesen rucht als im eignen Geiste.
Gottes Geist giebt Deinem Geist seines Geistes Feuer,
Er in Deinem Geiste kreist unter lichtem Schleier.
Wirst Du von dem Menschenthum durch den Geist entbunden,
Hast in Gottes Heiligthum ewig Ruh gefunden.
Wer sich so entkleidet hat, dass die Lüste schweigen,
Wird fürwahr wie Jesus that, auf zum Himmel steigen.

Tholuck hic addit: Als geistvoller Mystiker schätzt er alle Religionen und bildet sich aus dem Wenigen, was ihm der Koran von bedeutungsvollen christlichen Terminis überliefert hat, eine schöne Ansicht von dem mystischen Zweck des Christenthums.

Mohammadanismi confessores perveniunt ad indifferentismum aut desperationem, aut mysticismum; quae omnia „pave the way for Christianity.“

Vel hodie magnam partem Mohammadanorum venisse ad indifferentismum, testis est A. v. Kremer. Scripsit: „Im Ganzen und Grossen lässt sich nicht verkennen, wie die Religion Mohammeds langsam dahinsiecht. Immer mehr wird der Islam zum reinen Formelwesen, welches weder das Gemüth noch den Verstand befriedigt, und es lässt sich somit mit vieler Wahrscheinlichkeit voraussehen, dass auch die andern Länder des Islams in kürzerer oder längerer Zeit auf den Standpunkt gelangen werden, den Persien bereits erreicht zu haben scheint, nämlich den des vollkommenen Indifferentismus mit Festhalten einer allgemeinen theistischen Grundlage. Es wird sich für die Völker des Islams sicher eine religiöse Neugestaltung vollziehen; das sittliche Princip wird mehr zur Geltung kommen.“ — Hoc morale principium nullum aliud potest esse, quam christianum. Indifferentismus ducit ad christianam fidem, qua omnes quaestiones et principia agendi sic continentur, ut animo vitam et pacem acquirant.

Alii Mohammadanismo perducuntur ad desperationem.[1]) Desperare debent homines profundi, qui ardore et cupiditate amplectendi Deum absolutum moti se servos tantum Dei sentiant neque sciant, se filios esse patris, qui est amor et se talem in Jesu Christo manifestavit.

Hunc dei amorem omni modo appetunt mystici Mohammadani. Praedicant religionem amoris. (Dschelaleddin Rumi's Mesnewi).

„Religion der Lieb' mit sonst nichts zu vergleichen ist,
Gott allein die Religion der Liebe ist.“

Sed quamvis Deum amare studeant et dei amorem summum principium et beatitudinem agnoscant, cor non

1) Multa testimonia exstant ex praeteritis et his diebus. Confer. A. v. Kremer, p. 24.

requiescit, quod Deos Deum amoris aperte se non manifestavit. Pulcherrime Râbiaḥ (135 H.) Zu Dir entbrenne ich in doppelter Liebesflamme, einmal liebe ich Dich aus Liebe und dann liebe ich Dich, weil es Deiner würdig ist. Was das erste betrifft, so ist mein Trachten, mein Denken, Dir mich ausschliesslich zu weihen. *Was aber Deiner würdig ist, das wäre, dass Du mir Deine Schleier enthüllst, damit ich Dich schauen kann.*

Sed velum, quo Deus Moḥammadano opertus apparet, non detrahitur; atque sic cor amans „Deum ignotum“ inquietum manet. Nemo venit ad Deum amoris nisi per filium, qui nobis patrem aperuit. Sic etiam Mysticismus Moḥammadanismi ducit ad Christianitatem.

Fatalismus, Carnalismus, Fanatismus pacem cordi non parant, testes sunt desperatio, mysticismus, indifferentismus. Speramus igitur, modo tempus adfuturum esse, quo Moḥammadani per Jesum Christum perveniunt ad Deum verum, atque modo haec verba super introitum aedis sacrae cathedralis Damasci ante Moḥammadem natum graecis litteris inscripta, hodie sane ludibrium, denuo bene sonare, populis miseris lucem et salutem afferre: Dein Reisch, o Christus, ist ein Reich für alle Jahrhunderte, und Deine Herrschaft besteht von Geschlecht zu Geschlecht.

VITA

Friderici Henrici Caroli Bethge.

Natus sum Schnackenburgae, vico in provincia Hannovera ad Albim sito, III. a. N. J. anno MDCCCILVII patre Friderico et matre Maria, e gente Banneick. Addictus sum confessioni lutheranae. Anno septimo decimo adii gymnasium Cellense, ubi me docuerunt litteras viri doctissimi et nobilissimi, quo in numero imprimis Brock et Ebeling sunt laudandi. Inde me contuli anno vicesimo Erlangam, ubi per duos annos studiis theologicis et philologiciis operam navavi, praeceptoribus amplissimis Hofmann, Thomasius, De Zezschwitz, Koehler, Spiegel. Auctumno MDCCCLXIX Goettingam profectus, imprimis theologiae studebam et audiebam professores praeclarissimos Ehrenfeuchter et Schoeberlein. Nonis Aug. MDCCCLXX Hannoverae examen pro facultate concionandi et post festum paschale MDCCCLXXI Goettingae colloquium coram facultate repetentis dignitatis assequendae causa bene absolvi.

Diebus Pentecostalibus MDCCCLXXI vocatus sum Solingam praeceptor ad scholam realem, ubi adhuc versatus sum.

Gratias hic ago omnibus, qui me amaverint et adiuverint, amicis carissimisis, fautoribus nobilissimis, imprimis praeceptoribus benevolentissimis, viris vere divinis, De Zezschwitz, Schoeberlein, Spiegel: quorum memoria semper mihi erit grata.